Ure 4

CODEX LITVRGICVS

ECCLESIAE VNIVERSAE

IN EPITOMEN REDACTVS.

CVRAVIT

HERM. ADALB. DANIEL,
PHIL. DR. SOCIETATIS HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS SODALIS.

TOMUS IV.

LIPSIAE,
T. O. WEIGEL.
MDCCCLIII.

CODEX LITVRGICVS

ECCLESIAE ORIENTALIS

IN EPITOMEN REDACTVS.

v. 4

CVRAVIT

HERM. ADALB. DANIEL,

PHIL. Dr., SOCIETATIS HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS SODALIS.

FASCICULUS PRIMUS.

LIPSIAE,

T. O. WEIGEL.

MDCCCLIII.

LIBER PRIMUS.

DE

ANTIQUISSIMIS ECCLESIAE ORIENTALIS LITURGIIS.

PROLEGOMENA.

§. 1.

VERA STUDII LITURGICI RATIO ET INDOLES.

In confessum venit quod cum omnibus bonis maxime deploramus: sacra ea aetate esse reformata, qua antiquissimis Christianorum literis atque omnino primaevae ecclesiae imagini, in tenebris iacentibus, nova lux nondum affulserit. Sane qui a Pontificis partibus stabant, dogmatis ritibusque Romanis apostolicam vindicabant auctoritatem atque originem: et contra Lutheri ac Cinglii praeceptis se addicentes nihil aliud se moliri iactabant, nisi ut Christianorum coetum ad priscae ecclesiae formam reducerent. At non evenit quod in hac controversia iure potest expectari. Decertant armis e sacra scriptura depromtis; in auxilium vocant posteriorum saeculorum patres, imprimis S. Augustinum; haud mediocria tela ad res gerendas habent Scholasticorum artes, Pontificum leges et Conciliorum decreta: sed quod praeter sacrum codicem cardo causae iudicatur et caput, priorum saeculorum facies et antiquissimorum patrum consensus, hunc vides neglectum, hunc ab utriusque exercitus antesignanis plangis ignoratum. Haec manca veteris ecclesiae cognitio, cum dogmaticis disputationibus vitio vertenda sit, tum in rebus liturgicis multos pullulare fecit errores eosque maxime perniciosos.[1])

1) Renaldotius Lit. Or. Coll. Ed. 2. I. p. XIV: „Nempe magna illa Ecclesiarum Reformatarum lumina tantum disciplinae sacramentalis sciebant, quantum Missali vulgari continebatur, vix quidquam amplius. Neque negandum est, penitiorem illius disciplinae cognitionem Theologis nostris aeque defuisse.“ Hac Viri Docti censoria acerbitate notari videtur Lutherus, in antiquitatibus Christianis paullum versatus (e. g. „Tertullianus, der allerälteste Lehrer so man hat sint der Apostel Zeit“ W. XX, 1063.): excipienda erat florentissima Melanthonis doctrina quamquam valet illa Thierschii sententia Prot. u. Kathol. ed. 1. p. 19: „Zwei Männer freilich ragen unter den Theologen der lutherischen Kirche, meinem Urtheil nach, als die grössten hervor, welche ihr Zeitalter an ächt histo-

Dehinc ab hac theologorum rixa natum est aliud hominum saeclum, ardens studio antiquissima Christianorum monumenta investigandi et explicandi, quod liturgias quoque multo sudore et labore perscrutari coepit.[1]) Utique hoc prosperrimo rerum eventu pristinae ecclesiae scientia apud plurimos profecit plurimum. Tamen illa aetas, quippe quae Romanensium et Protestantium coetus irrevocabili casu seiunxerat, vix amplius ferebat iudicium liberum et a partium studio prorsus alienum. Cadit in praeclara volumina utrimque a doctissimis viris confecta Ciceronis sententia: magnam necessitatem possidere sanguinem paternum: adeoque in abundantissimos doctrinae rivulos immiscebatur furoris atque invidiae virus ut emergere nequiret quod sanum, quod verum esset.[2]) Hodie multos sobrietate uti et aequitate, negabit nemo: remansit in aliis innatum odium ac mentis caecitas. Duo praeterea sunt itinera devia, a quibus arcendus est, qui liturgicam studiorum rationem ingredi voluerit.

Sunt enim, qui perverso Romanarum rerum amore flagrantes, nullos ritus agnoscunt nisi Romanos et si qui alii sunt eos dignos censent qui

---

rischer Bildung, so auch — denn dies ist unzertrennlich — an ächt irenischer Gesinnung übertrafen: Philipp Melanchthon und Io. Geo. Calixtus. Aber hat es je Theologen gegeben, denen ihr Zeitalter die Anerkennung ihrer edeln Intentionem und ihrer wissenschaftlichen Begründung derselben versagte, so waren es diese beiden."

1) Cf. Cod. Lit. I. p. Notum est Liturgias Graecas et Orientales serius ex tenebris in lucem evocatas esse. Renald. l. c.: „Nihil tunc quod ad res liturgicas spectaret, editum erat, nisi Graecorum ecclesiastici libri complures, Venetiis plerumque, ut usui forent in quotidianis Officiis, quique omnes fere in Graeciam asportabantur, vixque nostris Theologis noti erant, cum inter eos paucissimi Graece scirent et quidem mediocriter adeo ut styli illius sacris ritibus proprii sententiam non facile assequerentur — — difficilis sane erat accurata rerum liturgicarum tractatio, cum a restitutis in Europa humanioribus literis haud mediocre tempus effluxerit, antequam linguae Graecae cognitio et reliqua ex vetustis ecclesiasticis monumentis subsidia ad illustrandam theologiam adhiberentur." Liturgiam Chrysostomi latine interpretati sunt Andr. Pelargus atque Erasmus. Aethiopica prodiit Romae 1548 sed inconcinna et aliquot locis interpolata. Demum 1559 Lutetiae Claudius Sanctesius edidit Liturgiam S. Iacobi, S. Basilii, S. Ioannis Chrysostomi cum Missa Praesanctificatorum.

2) Itaque multi Liturgiarum editores ritibus nullam aut exiguam lucem attulerunt. Toti erant enim in dogmaticis ac polemicis disputationibus. Neale Tetral. hist. XIII: Iam diu ad has Missas, tanquam ad incorruptissimos litis arbitros utrinque provocatum est. Quis enim nescit, in celeberrima illa controversia quae inter Arnaldum et Claudium de perpetuitate fidei agitata est, nil non egisse utrumque, quo Ecclesiam Orientalem cum se consentire evincerent? Inde non solum ad Liturgias, ad Concilia, ad doctores orientales aemuli appellabant; verum etiam episcopos, presbyteros, hieromonachos, si qui in Europam forte advenerint, consulebant; literisque amicos in Oriente degentes admonuerunt, ut fidem illius Ecclesiae quam diligentissime super hac re investigarent, investigatamque rescriberent. Tantum referre crediderunt, quid de veritate sacramenti eae regiones sentirent.

exterminentur.[1]) Itaque, ecclesiae suae ingenio male intellecto ac spreta eruditissimorum Catholicorum doctrina, omnes quae hodie obtinent rubricas ad apostolicam institutionem referre conantur. His, si apostolos ab hodierno ritu discessisse crederent, et ipsi apostoli notandi viderentur. Ut taceam Aethiopum simplicitatem, quibus extra dubitationem est, liturgias ipsorum a Christo et Beata Virgine literis esse consignatas (Robertus Sala ad Bonae R. L, I. c. IX §. 6. 7.), nec hodie prorsus extinctus illorum Hyperromanismus, qui S. Petrum Apostolum, amictu, alba, cingulo, manipulo et casula indutum faciant missam celebrantem, ne una quidem hodierni Missalis literula praetermissa: nisi forte concedunt, S. Petri nomen in Canone nondum esse commemoratum.

Non minus a vero aberrant, qui in alterum errorem incidunt *λειτουργομάχων*. Reformata indoles vel Puritàna fert apertissime rituum ac caerimoniarum contemtum, omnino omnia, quae in cultu divino psalmos istos, sermonem ac mensam transgrediuntur, alto supercilio despicit. Ergo Reformatis doctoribus nihil videbatur intolerabilius, nihil apostolis indignius, quam sanctissimorum virorum industria posita in liturgicis praeceptis, praesertim in eucharisticis. Ut recentiorum temporum testem afferam, haec habet Reimoldus (Die angeblichen Apostolischen Liturgien vom historisch-kritischen Standpunkt betrachtet. Heidelberg 1831) p. 31: „*Was muss man von diesen Männern denken, wenn sie nicht durch Liebe zu ihrem göttlichen Meister und durch das Werk selbst, wozu er sie auserkoren und berufen hatte, hinlänglich angefeuert werden konnten, sondern deswegen ihre Zuflucht zu einem, bis auf die kleinste Linie abgezirkelten in eintöniger Wiederkehr die Sinne betäubenden oder ermüdenden Ritus nehmen mussten.*“ p. 15: „*Ich leugne nicht, dass es nöthig und nützlich sei, zumal bei grösseren Gemeinden, eine dem Geiste des Christenthums und seinen reinen Institutionen gemässe Ordnung, eine gewisse Reihenfolge und äussere Gestaltung der gottesdienstlichen gemeinsamen Uebungen einzuführen. Aber man thut den Aposteln zu viel Ehre oder Schmach an, wenn man ihnen zutraut oder zur Last legt, dass sie, die einen weit höheren Standpunkt als den einer blossen rituellen Abrichtung hatten, in einem einzigen Gegenstande, nämlich dem heil. Abendmahle, gleichsam mit einem Programme*

1) Renaldotius l. c. p. XVI „Scimus quosdam zelo sed scientiae ecclesiasticae vacuo, de antiquis illis officiis parum commode iudicasse, et mutata non pauca in novis editionibus. Fuit imo ante annos non ita multos vir summae dignitatis, literarum literatorumque fautor eximius sed nihil minus quam Theologus, qui Missales Mozarabicos libros quorum exemplaria rara tum erant, rarissimos effecerit, dum omnes quos conquirere poterat flammis absumeret, ratus, eos scatere erroribus quia Romanam missam verbo tenus in illis non reperiebat.“

die aufkeimende christliche Welt versorgt und in Lehre, Iugendunterricht, im Gebet, in Lobpreisungen kurz in dem ganzen übrigen Kreise der Religion unberathen gelassen hätten." Similia apud vetustiores theologos sexcenties occurrunt. Igitur consentaneum erat, illas liturgias, perperam apostolis tributas, ita ad suae gentis palatum accommodare, ut quarti, quinti vel sexti saeculi opus esse demonstrarent. Aliud quid quo nodum expediret, excogitavit Andreae Riveti furor, docendo liturgias ab ipso Antichristo conflatas esse. Etenim qui huius furfuris sunt fanatici, quod sibi adversatur atque obnititur, hoc diaboli commentum nuncupare solent atque inferni progeniem.[1])

Nunc, et Scyllae et Charybdis gurgitibus ostensis, postulamur ut eam viam paucis aperiamus quam nos ducimus esse rectam et veram. Ante omnia tenenda erit praetermissis *ψευδοπνευματικῶν*, praeter naturam hominis disputantium declamationibus, ritus divini ac caerimoniarum dignitas et necessitas.[2]) Apostolos, Iudaicis religionibus assuetos, tantum abest ut a curis liturgicis abstinuisse credamus, ut veri simillimum sit, eos ritibus quoque externis attentum animum advertisse.[3]) Facit nobiscum Thierschius Hist. Eccl. I. p. 298 „— *Aber auch dafür haben wir Grund genug, den Cultus zur Zeit des Johannes weit reicher entwickelt zu denken, als die gewöhnliche urkirchliche Vorstellung meint. Es ergiebt sich von selbst, wenn die zwei schon oben angedeuteten Wahrheiten schon damals der Kirche zum Bewusstsein gekommen waren: dass die göttlichen Anordnungen in der Kirche einerseits ein höheres geistliches Analogon zu denen des Alten Testamentes sind, und dass sie andrerseits selbst sich als sichtbares Abbild zu einer himmlischen Seligkeit verhalten. War das, wie nicht zu zweifeln, zu seiner Zeit im*

---

1) Huc pertinet Nealii ironia ad Renaldotium alludens: Tetral. Lit. p. XXIV „— — Honestius sane et philosophis dignius foret Calvinianos ad haec ipsa officia provocare, quasi iam in saeculo tertio corruptae testimonia doctrinae et vagientis adhuc in cunabulis primordia Antichristi." Thiersch Kircheng. Praef. IX „Die feierliche Anbetung Gottes, die ehrwürdige Strenge der Zucht und die Autorität heiliger Ueberlieferung waren der Kirche wesentlich, von Anfang an. Das Princip der Ordnung ist nicht erst durch römischen Herrschersinn oder durch aufkeimenden Pfaffenstolz in sie hinein gekommen." Hippolytus inter signa Antichristi refert: *ἡ Λειτουργία σβεσθήσεται.*

2) Conferas quae disputavimus Cod. Lit. Vol. III. p. 6 sq.

3) Sane omnis omnium liturgiarum fons scaturit ex illa voce Paulina I Cor. XIV, 40: *πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω.* Adde apostolicum virum Clementem I. epist. ad Corinth. I, 40 *πάντα τάξει ποιεῖν ὀφείλομεν, ὅσα ὁ δεσπότης ἐπιτελεῖν ἐκέλευσεν κατὰ καιροὺς τεταγμένους τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι, καὶ οὐκ εἰκῇ ἢ ἀτάκτως γίνεσθαι, ἀλλ' ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις. — οἱ οὖν τοῖς προστεταγμένοις καιροῖς ποιοῦντες τὰς προσφορὰς αὐτῶν, εὐπρόσδεκτοί τε καὶ μακάριοι.*

Bewusstsein der Kirche ausgesprochen, so ist es undenkbar, dass sich ihr Cultus in protestantischer Formlosigkeit und subiectiver Willkür bewegte. Aus solchen Anfängen würde nie das reichhaltige griechische, römische und morgenländische Ritual entstanden sein. Enthält dieses spätere Zuthaten in Menge und sogar Fehler und Missbräuche, so muss doch im urchristlichen Cultus etwas gewesen sein, woran sich solche Zusätze anknüpfen und worin solche Missbräuche eine Veranlassung finden konnten. Aus einer protestantischen Predigtsammlung würde sich in Jahrtausenden nie die griechische Messe entwickelt haben.“ [8]) Scilicet hae apostolorum liturgiae ab iis quas aetas posterior tulit, non quidem ingenio et *οἰκονομίᾳ* differunt, sed multum dissident brevitate et simplicitate: neque unquam obliteranda vel falsis criminibus insimulanda est invicta sententia: non extare perpetuam ecclesiae in ritibus consensionem, non solvi caerimoniarum diversitate ecclesiasticae unitatis vinculum.

§. 2.
DE CULTUS SACRI CHRISTIANORUM PRIMORDIIS.

Iam titulo quem huic capiti praescripsimus significatum est, quod disputationis comprobabitur peroratione: nos plurimum facere insignem Ricardi Rothii commentationem De Primordiis cultus sacri Christianorum conscriptam (Bonnae 1851). Etsi vero non omnia, quae Vir Doctus de primaeva eucharistiae forma aliisque protulit, placere possunt: tamen nobis persuasissimum est, hac Rothiani libelli virtute magnum progressum factum esse ad liturgiae Christianae *γένεσιν* accuratius perspiciendam.

Non deerat Hierosolymis post resurrectionem et ascensionem Domini, iis qui in eum tanquam Messiam credebant, cultus publici larga opportunitas. Patebat sanctuarium, in quo Deus ipse se adorari velle declaravit: florebat in eo cultus sacer a Deo ipso institutus. Quis fidelium eo

---

8) Rothius in commentatione infra commendata p. 16 „Neque omnino unquam a me impetrare potui, ut nihili prorsus pendam, quod universa ecclesia antiqua eam eucharistiae celebrandae rationem, quam post tempora apostolorum per totum orbem christianum vigentem videmus, uno ore ab origine apostolica derivet. Utut enim neges, opinionem hanc fundamento aliquo vere historico niti, vix tamen intelliges, quomodo ea, de qua res est, mensae dominicae forma, quae certe primigenia non fuit, sine auctoritatis apostolicae praesidio et adminiculo tam cito, uti factum esse constat, per omnes ecclesias Christianae propagari potuerit, maxime ea aetate, qua singulae reipublicae Christianae provinciae nondum firmo aliquo beneque ordinato commercii universalis vinculo inter se connecterentur.“

tempore dubitare poterat, quin etiam Christianis Deus in hoc ipso templo et secundum ritus lege Mosaica sanctos colendus esset? Dum incolume intactumque stetit templum Hierosolymitanum, nemo ne suspicari quidem potuit sacra illa avita a Deo esse abrogata. Simili ratione, ubicunque extra Palaestinam sive Iudaei sive pagani nomen Christo dederunt, hi omnes a principio quasi inter parietes Synagogarum degerunt, in his potissimum verbum Dei audire soliti sunt. Luc. 24, 53. Act. 2, 46. 3, 1. 11. 5, 12. 42. 22, 17. 24, 11. Hegesippus apud Euseb. H. E. 2, 23. Itaque non erat, cur societas Christiana primaeva de instituendo cultu sacro sibi proprio cogitaret.

Nihilominus Christianis iam inde a principio ritus peragendus erat ipsis prorsus peculiaris, Coena Domini. Huic in templo vel in synagogis locum non fuisse, nemo est qui non videat. Celebrabatur igitur in domibus Christianorum amplioribus (Act. 2, 12), illo aevo cum Agapis coniuncta. At vero convenientium multitudo et ipsius sacri convivii natura postulabat, ut apostoli rerum ordini ac decori providerent. I Cor. XI, 20 sq. Et hac ipsa urgente necessitate patent liturgiae Christianae atria, ne dicam penetralia. Utcumque erat illius aevi ritualis simplicitas non potuerunt apostoli, eucharistiae *τάξιν εὐσχήμονα* servaturi, quin formulas constituerent liturgicas, gratias agendo, consecrando, distribuendo designatas. Apparet huius apostolicae missae vestigium in celebratissimo loco Gregorii Epp. VII, 64 „*Orationem Dominicam idcirco mox post precem dicimus, quia mos apostolorum fuit, ut ad ipsam solummodo orationem hostiam consecrarent. Et valde inconveniens mihi visum est, ut precem quam scholasticus composuerat, super oblationem diceremus et ipsam traditionem quam redemptor noster composuit, super eius corpus et sanguinem non diceremus*“[1]) Quam sancti pon-

---

1) Locum Gregorii explicare conati sumus Cod. Lit. I. p. 32. 41. Sed ut fit dies docuit diem. Nunc difficillimam Scholastici vocem, neque pro nomine appellativo accipio, neque de viro erudito intelligo. Neutra sententia efficit sensum. Significat discipulum ut fortasse apud Quintil. 12, 11, 16 et sine dubio apud Petronium c. 6 „Dum in hortis incedo ingens scholasticorum turba in porticum venit, ut apparebat, ab extemporali declamatione nescio cuius, qui Agamemnonis suasoriam exceperat. Dum ergo iuvenes sententiam rident, ordinemque totius dictionis infamant, opportune subduxi me.“ Conf. Amalarium de Ord. Antiph. 57 „Tenet enim iste ordo morem nostrae scholae, ut primo erudiantur scholastici nostri per disciplinam et postea sapientes fiant per sapientiam.“ Dudo de Moribus Nonn. lib. 1 „Baiulant scholastici candelabra.“ Praeterea cogites quaeso componere esse discipulorum, tradere magistrorum. Ut brevi dicam, hanc mihi constitui Gregorii sententiam: „Concedimus, orationes canonis esse praeclaras, sed hoc non dubium est, quin eae non ab Christo magistro sed ab discipulo quodam Christi, unici magistri, confectae sint. Itaque valde inconveniens est, recitare quod discipulus composuit, tacere quod Christus magister tradidit.“ Cf. Hieronymum adv. Pelag.

tificis sententiam non ita velim intellectam, ut apostolos verba institutionis reticuisse nec gratias ante coenam sacram egisse credas. Sed id docet Gregorius, quod arridet acri et diligenti antiquarum rerum investigatori: apostolos ignorasse prolixiores preces postea Canoni insertas. Offerebant panem et vinum, gratiis et laudibus Deum venerati: consecrabant illa, opinor, formula quam Paulus apostolus „accepisse" testatur I Cor. 11: concludebant oratione dominica. Denique non alienum videtur a fide, iam obtinuisse aliquam distribuendi formulam.[1])

Duplex igitur erat priscis Christianis cultus divini lex et consuetudo: altera templi ac Synagogarum, cum Iudaeis communis: altera eucharistica, nascenti ecclesiae propria et peculiaris, a qua prohibebantur baptismi lavacro nondum regenerati. Iam vero magna facta est rerum commutatio. Succrevit ecclesiae novum robur ac soboles, quae ex gentium tenebris ad Christi lucem transmigravit, ipsa sua stirpe et origine ab illa Iudaicorum rituum religione et observantia immunis atque aliena. Accessit quod Iudaei in dies flagrare coeperunt capitali Christianorum odio neque amplius passi sunt eos conventibus synagogicis interesse. Ex altera parte, crescente Christianae plebis multitudine, Agapis helluationis et intemperantiae imminuit periculum. Utrinque igitur urgebat necessitas instituta ad Christianorum sacra spectantia emendandi. Quae res, etsi primo aliquantulum morae habere videretur, post annum illum fatalem LXX, post excidium Hierosolymitanum ulterius differri non potuit. Diruto templo nulla prorsus cultus sacri Christianis reliqua

---

III, 3: Docuit apostolos suos, ut quotidie in corporis illius sacrificio credentes audeant loqui: Pater Noster etc.

1) Optime Böhmer Christlich-kirchliche Alterthumswissenschaft II, p. 201 sq.: „Die Apostel selbst, die sich in nicht palästinische Gebiete behufs der Predigt des gekreuzigten Messias begaben, mögen um so eher, als schon die Synagoge eine bestimmte, gottesdienstliche Ordnung besass, dafür Sorge getragen haben, dass die jerusalemische Form, die Eucharistie zu begehen, sich in die von ihnen gestifteten Gemeinden fortpflanzte. Aeussere und innere Verhältnisse, in welche diese Gemeinden geriethen, z. B. das Auftauchen häretischer Geistesrichtungen, das Zurücktreten positiv christlicher Ideen im Bewusstsein der Gemeinden (?) u. s. w., riefen die Nothwendigkeit hervor, dass dem durch die Apostel tradirten Grundtypus der Abendmahlsbegehung neue Cärimonien, Paränesen etc. beigefügt wurden. Da die Episcopen in Verbindung mit den Presbyteren an der Spitze der Gemeinden standen, so haben sie, zumal sie das Bewusstsein, successores apostolorum zu sein, hatten, diesem Geschäfte dergestalt, dass sie auf die Stimmen der Presbyteren hörten, sich wahrscheinlich unterzogen. Weil aber die Verhältnisse, durch welche jene Additamente motivirt wurden, verschieden waren, weil Bischöfe und Presbyteren der einzelnen Gemeinden ihre besonderen Geisteseigenthümlichkeiten hatten: so fielen die zu den Liturgieen gemachten Additamente, z. B. die Gebete, etwas verschieden von einander aus."

erat opportunitas. Iis igitur, qui ea tempestate reipublicae Christianae praeerant — inter quos complures ex apostolis, vel praeter Ioannem fuisse non controversum est — hoc manifesto impositum est, ut cultum divinum vere et peculiariter Christianum adornarent. Itaque curarunt, ut coena sacra ab Agapis seiungeretur et ad conventus synagogicos transferretur.[1]) Et cum universa antiquitas unum tantum noverit cultum, sacrificium cum precibus coniunctum, simul induit sacrificii eucharistici formam testante Irenaeo Fragm. Pfaff. II p. 25 *οἱ ταῖς δευτέραις τῶν ἀποστόλων διατάξεσι παρηκολουθηκότες ἴσασι τὸν κύριον νεὰν προσφορὰν ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ καθεστηκέναι κατὰ τὸ Μαλαχίου τοῦ προφήτου* I, 11. Pariter inde vel hoc necessario sequebatur, ut cultus synagogici partes, quae adhuc ratione fortuita parumque inter se constante inter se copulatae fuissent, in certum ordinem eumque ut ita dicam organicum disponerentur. Erat necessarium, ut eucharistia in fine liturgiae poneretur, utpote totius sacri officii culmen et fastigium: ea quum procedebant eo dirigerentur, ut eos animi motus excitarent, quibus animus idoneus et alacer redderetur ad offerendum illud devotae adorationis sacrificium. Hic igitur divini officii emersit ordo: Psalmodia, Lectio Scripturarum, Sermo, Preces communes ecclesiae, eucharistiae sacrificium. Hunc vero ordinem in antiquissima, quae post Apostolorum tempora ad nos devenit, cultus sacri delineatione, apud Iustinum Martyrem reperimus.

Quae disputat Rothius in commentationis epilogo: disciplinam arcani, vergente saeculo secundo officiis divinis obtrusam, effecisse ut liturgia in duas missas, catechumenorum scilicet et fidelium diffinderetur et hinc increvisse studium coenam pompa mystica et splendida exornandi: in his optatam metam minime contigit. Non opus est disciplina arcani qua illam in uno officio divisionem explicemus. Servabat duplex liturgiae partitio, non fortuito nec temere facta, pristini temporis memoriam, gemellum ostendebat ritus Christiani fontem, adumbrabat aperte ac symbolice utriusque testamenti cohaerentiam: ut denique omnia complectar, bipartita missa brevissimam sed grandem et perspicuam continet *τῶν μεγαλείων τοῦ θεοῦ* historiam[2]).

---

1) Recte docet Rothius, Agapas, quamvis ratio earum valde immutata esset, perdurasse, et negat, separationem coenae ab Agapis demum post interdictum haeteriarum a Traiano sancitum, factam esse. p. 15 sq.

2) Mone Latein. u. griech. Messen p. 103: „Die Messe ist ein historischer Gottesdienst d. h. sie hat sich organisch aus gegebenen Elementen entwickelt und ist daher keine willkürliche Erfindung. Als ein historischer Gottesdienst hängt sie mit dem Alten Testamente zusammen und hat aus dem Neuen dasjenige in einem parallelen Stufengang hinzugefügt, was die Offenbarung Christi befahl.“ Quod suadet Monii doctrina, id prae-

At vero, ut vetustae liturgiae imago velut praesens ostendatur et repraesentetur, testes producimus trium priorum saeculorum scriptores nimirum eos, qui totius liturgiae tradiderunt ordinem et seriem.[1])

§. 3.

LITURGIAE CHRISTIANAE IMAGO APUD VETUSTISSIMOS SCRIPTORES EXPRESSA.

Iustinus Apologia I. c. 65—67. ed. Otto.

1. Ἡμεῖς δὲ μετὰ τὸ οὕτως λοῦσαι τὸν πεπεισμένον καὶ συγκατατεθειμένον ἐπὶ τοὺς λεγομένους ἀδελφοὺς ἄγομεν[2]) ἔνθα συνηγμέ-

---

sagit pectus christianum Matthiae Claudii. In epistola eius ad Aug. Neandrum missa, nuperrime promulgata (Deutsche Zeitschrift für christliche Wissenschaften. 1853. Nr. 16.) haec leguntur: „Es ist wohl ohne Zweifel, dass unser Luther in seinem Eifer gegen Papst und Katholiken zu Viel aufgeräumt habe, dass er auch da über Bord geworfen, wo etwas Wahres im Grunde, aber überladen und krumm und verdreht war, und er hätte nur abthun und gerade und zu Recht beugen sollen. Und solcher Fälle möcht es mehr als einen geben. Selbst von der Messe scheint es schwer zu glauben, dass die sich durchaus nicht auf irgend etwas Wahres gegründet hätte. Ich bin darüber nicht im Reinen und möchte mich gerne darüber belehren lassen; aber dass ein tägliches Brod und Frühstück, wenn man es mit Ehren haben kann, für alle Parteien, die es im Ernst meinen, wünschenswerth und nöthig wäre, kann wohl nicht bezweifelt werden."

1) Omnes graecorum patrum ad Chrysostomum usque locos, ad singulas officii divini partes spectantes, diligenter collegit Bingham lib. XIII. cap. V. §. 4—7. Cf. Augusti Denkw. IV, 4—175.

2) Iustinus primum describit Missam Fidelium, in quam ex baptismo sollemniter deducitur νεόφυτος. Posthac inde a verbis: καὶ τῇ τοῦ ἡλίου κ. τ. λ. totam Missam et Catechumenorum et Fidelium repetendo enarrat. Male enim Rothius opinatur, duplicis missae vestigia „et satis modica" exstare demum in liturgia Constit. Apostol. lib. 2. Et similiter Höfling in libro, quem infra commemoramus, contendere ausus est „— dass sich von der disciplina arcani bei Iustin nirgends auch die leiseste Spur vorfindet." Aperte dicit Iustinus neminem eucharistiae participem esse nisi baptizatum. Non solebant autem illa aetate convivio coelesti interesse, nisi qui panem et vinum benedictum acciperent. Recte monet Augusti Denkw. IV. p. 153 „J. hat zur Absicht den Heiden und insbesondere dem Kaiser Antonin einen anschaulichen Begriff von den christlichen Religionshandlungen beizubringen und zu zeigen, dass Taufe und Abendmahl von den jüdischen und heidnischen Lustrationen und heiligen Mahlzeiten wesentlich verschieden waren. Aus diesem apologetischen Gesichtspunkte muss man diese Relation betrachten, und daraus, dass er nicht für Christen, welchen die kirchlichen Einrichtungen ihrer Zeit bekannt genug waren, auch nicht für die Nachwelt als Historiker schrieb, ist es zu erklären, dass mehrere Punkte des christlichen Gottesdienstes entweder ganz mit Stillschweigen übergangen oder nur kurz und oberflächlich berührt worden sind. Es würde daher gegen die Grundsätze einer besonnenen Kritik streiten, wenn man aus diesen Uebergehungen oder oberflächlichen Schilderungen entweder auf die Nicht-Existenz oder Geringschätzung solcher

νοι εἰσί, κοινὰς εὐχὰς ποιησόμενοι ὑπέρ τε ἑαυτῶν καὶ τοῦ φωτισθέντος καὶ ἄλλων πανταχοῦ πάντων εὐτόνως, ὅπως καταξιωθῶμεν τὰ ἀληθῆ μαθόντες καὶ δι' ἔργων ἀγαθοὶ πολιτευταὶ καὶ φύλακες τῶν ἐντεταλμένων εὑρεθῆναι, ὅπως τὴν αἰώνιον σωτηρίαν σωθῶμεν. 2. *Ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν.* 3. *Ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος,*[1]) *καὶ οὗτος λαβὼν, αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἀναπέμπει καὶ εὐχαριστίαν ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων παρ' αὐτοῦ ἐπὶ πολὺ*[2]) *ποιεῖται. οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, Ἀμήν. Τὸ δὲ ἀμὴν τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ τὸ γένοιτο σημαίνει.* 4. *Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι.*[3]) *Καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία, ἧς οὐδενὶ ἄλλῳ μετασχεῖν ἐξόν ἐστιν, ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν, καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρὸν, καὶ οὕτως βιοῦντι ὡς ὁ Χριστὸς παρέδωκεν. Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν, ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι.*[4]) *Οἱ γὰρ ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐ-*

Gebräuche schliessen wollte." Singulari cura locus Iustini illustratus est a Chr. Gottl. Burger Antiquitas Liturgiae Evangelico-Lutheranae ex Iustino martyre demonstrata. Viteb. 1755. 4. Ianus Iustini Martyris de sacris Christianorum publicis narratio. Halae 1725. 8. Recentiore tempore fusius Iustini Liturgiam illustrarunt Döllingerus (Die Eucharistie in den ersten drei Jahrhunderten) et Höflingius (Die Lehre der ältesten Kirche vom Opfer im Leben und Cultus der Christen). At vero cum uterque haud prorsus alienus sit a partium studio, omni cautione prohibenda est ab sincera liturgiae veteris investigatione Catholicorum et Protestantium invidia et odium.

1) Irenaeus V, 2: *κεκραμένον ποτήριον* IV, 57: temperamentum calicis — suum sanguinem confirmavit.

2) Böhmer l. c. p. 373 „mit Ausführlichkeit."

3) Irenaeus ep. ad Vict. (Euseb. V, 24): *τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν ἔπεμπον εὐχαριστίαν* (pontifices ante Victorem).

4) Neander Kircheng. I. 584 „Es kann sein, dass die Einsetzungsworte in das Dankgebet mit verflochten wurden. In den Worten bei Firmilian Cypr. ep. 75 'invocatione non contemtibili sanctificare panem et eucharistiam facere' liegt wohl wahrscheinlich der Begriff einer Consecration, wodurch aus dem gewöhnlichen Brote Abendmahl ward."

τῶν ἀπομνημονεύμασιν, ἃ καλεῖται εὐαγγέλια, οὕτως παρέδωκαν ἐντετάλθαι αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν, λαβόντα ἄρτον εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου, τουτέστι τὸ σῶμά μου· καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως λαβόντα καὶ εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· Τοῦτό ἐστι αἷμά μου, καὶ μόνοις αὐτοῖς μεταδοῦναι.[1]) Ὅπερ καὶ ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις παρέδωκαν γίνεσθαι μιμησάμενοι οἱ πονηροὶ δαίμονες· ὅτι γὰρ ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος τίθεται ἐν ταῖς τοῦ μυουμένου τελεταῖς μετ' ἐπιλόγων τινῶν, ἢ ἐπίστασθε ἢ μαθεῖν δύνασθε. Ἡμεῖς δὲ μετὰ ταῦτα λοιπὸν ἀεὶ τούτων ἀλλήλους ἀναμιμνήσκομεν· καὶ οἱ ἔχοντες τοῖς λειπομένοις πᾶσιν ἐπικουροῦμεν, καὶ σύνεσμεν ἀλλήλοις ἀεί. Ἐπὶ πᾶσι τε οἷς προσφερόμεθα εὐλογοῦμεν τὸν ποιητὴν τῶν πάντων διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ πνεύματος τοῦ ἁγίου. 5. Καὶ τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ.[2]) 6. Εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. 7. Ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες καὶ εὐχὰς πέμπομεν. Καὶ ὡς προέφημεν, παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας, ὅση δύναμις αὐτῷ,[3]) ἀναπέμπει καὶ ὁ λάος

---

1) Höfling l. c. p. 58 „Wir werden wohl nicht irren, wenn wir annehmen, dass J. das 'τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου' dem 'τουτέστι τὸ σῶμά μου' deshalb vorangestellt hat, weil er es nicht wie dieses auf den nachfolgenden Genuss, sondern auf den vorangehenden Act des εὐχαριστεῖν bezogen und als eine Anweisung für diesen betrachtet hat."

2) Augusti Denkw. VI, 226: „Man wählt einen Text und liest denselben, soweit er dem Zwecke des Tages angemessen ist. Wird der Sinn auf diese Weise gefasst, so ist damit der Gebrauch gewisser Pericopen nicht undeutlich angegeben." Böhmer l. c. p. 190, hanc interpretationem ἀφιλόλογον ratus commendat aliam „Das Maass desjenigen, was recitirt ward, war durch das Quantum der Zeit, durch die Beschaffenheit des Ortes bedingt." Sed illa vox μέχρις ἐγχωρεῖ apte verti potest: quoad licet, quoad consentaneum est i. e. quoad lector ad finem pericopae pervenerit.

3) Otto: quantum potest s. quantum facultatis eius est. Böhmer: So viel geistige Kraft dem Bischof inhärirt. Conferas c. 13: ἐφ' οἷς προσφερόμεθα πᾶσιν, ὅση δύναμις, αἰνοῦντες. c. 55: διὰ λόγου οὖν καὶ σχήματος τοῦ φαινομένου, ὅση δύναμις, προτρεψάμενοι. Grabius affert formulam eucharisticam ex Const. App. VIII, 12: εὐχαριστοῦμέν σοι οὐχ ὅσον ὀφείλομεν ἀλλ' ὅσον δυνάμεθα. Addas locum Gregorii Naz. Orat. III. quo Christianos hortatur, ut triumphale illud carmen in mortem Iuliani ὅση δύναμις canant. Referenda sunt verba ad ardorem, ad intentionem animi precantis, quae non minus in praescriptis formulis quam in immediate conceptis verbis locum habere potest. Ergo non elicienda est inde sententia (alias invicta) orationes non fuisse ita statutas, ut nihil illis addere vel ex eis detrahere liceat, neque exstitisse librum, quo cele-

ἐπευφημεῖ λέγων τὸ ἀμήν· 8. Καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται. Οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι, κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ὃ βούλεται δίδωσι, καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσων ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται. Τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα, ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ θεὸς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας κόσμον ἐποίησε, καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος σώτηρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη· τῇ γὰρ πρὸ τῆς κρονικῆς ἐσταύρωσαν αὐτὸν καὶ τῇ μετὰ τὴν κρονικήν, ἥτις ἐστὶν ἡλίου ἡμέρα, φανεὶς τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ μαθηταῖς ἐδίδαξε ταῦτα, ἅπερ εἰς ἐπίσκεψιν καὶ ὑμῖν ἀνεδώκαμεν.

Constitutiones Apostolicae Lib. II. c. 57. ed. Cotelerius.[1])

1. Σὺ δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἔσο ἅγιος, ἄμωμος, μὴ πλήκτης, μὴ ὀργίλος, μὴ ἀπηνής· ἀλλ' οἰκοδόμος, ἐπιστροφεύς, διδακτικός, ἀνεξίκα-

---

brans uteretur. Similia docet F. X. Schmid Liturgik I. p. 44 innixus verbis Iustini supra scriptis: ἐπὶ πολὺ ποιεῖται „Selbst die Messopfer-Gebete und Gebräuche dürften (an vielen Orten wenigstens) noch dem Gutdünken des einzelnen Kirchenvorstehers nach Inhalt und Dauer überlassen gewesen sein, öfters mochte etwa ein von einem Apostel oder Apostelzeugen ererbter Typus hierin als Leitfaden dienen." Perperam Muratorius interpretatur: per la sua parte, seconde che a lui apartiene, pro sua parte, scilicet postquam populus stans preces fecerit.

1) Krabbe Ueb. den Urspr. u. Inh. der apost. Constitutionen des Clemens Romanus. Hamburg 1829. p. 140: Wir können nicht umhin c. 57 und 59 für eine spätere Interpolation zu erklären. Beide Capitel passen durchaus nicht in den Zusammenhang, unterbrechen plötzlich durch ihren fremden Inhalt das Ganze und zeigen durch ihren Inhalt, der ganz mit dem Inhalte einiger Stellen des achten Buches übereinstimmt und ganz deutlich auf das Ende des vierten B. hinweist, dass beide Capitel von dem Verf. des achten Buches herrühren. P. 221 enumerat Vir Doctus accuratius, quid ipsi moverit suspicionem: 1) Vox παστοφόρια, ante Hieronymum in scriptoribus ecclesiasticis non obvia. 2) Liturgiae ordo, tam perspicue et minutatim expositus, ut ex posteriore disciplina multa addita esse manifestum sit. 3) Ecclesiastica hierarchia, saeculi tertii ingenium excedens. 4) ἀκροστίχια Psalmorum, populo succinente decantata. 5) Surgens populus ad Evangelii lectionem. At vero plurimi in authentia liturgiae acquieverunt neque ego argumentis Krabbii multum tribuerim. Multa enim sunt argumenta quae dicuntur a silentio et haec semper imbecilla sunt, nisi talibus adminiculis suffulciantur ut positivis respondeant. v. Drey Neue Untersuchungen über die Constitutionen und Kanones der Apostel. 1832. p. 59 sqq. Rothe de prim. cult. christ. p. 29. Ritschl Entstehung der altkatholischen Kirche p. 598. e. a.

κος, ἠπιόθυμος, πρᾶος, μακρόθυμος, παραινετικὸς, παρακλητικὸς· ὡς θεοῦ ἄνθρωπος. 2. Ὅταν δὲ συναθροίζῃς τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν, ὡς ἂν κυβερνήτης νηὸς μεγάλης, μετ' ἐπιστήμης πάσης κέλευε ποιεῖσθαι τὰς συνόδους, παραγγέλλων τοῖς διακόνοις ὡςανεὶ ναύταις, τοὺς τόπους ἐκτάσσειν τοῖς ἀδελφοῖς, καθάπερ ἐπιβάταις, μετὰ πάσης ἐπιμελείας καὶ σεμνότητος. Καὶ πρῶτον μὲν ὁ οἶκος ἔστω ἐπιμήκης κατ' ἀνατολὰς τετραμμένος ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τὰ παστοφόρια.[1]) Πρὸς ἀνατολὴν, ὅς τις ἔοικε νηί. Κείσθω δὲ μέσος ὁ τοῦ ἐπισκόπου θρόνος, παρ' ἑκάτερα δὲ αὐτοῦ καθεζέσθω τὸ πρεσβυτέριον καὶ οἱ διάκονοι παριστάσθωσαν εὐσταλεῖς τῆς πλείονες ἐσθῆτος· ἐοίκασι γὰρ ναύταις καὶ τοιχάρχοις. Προνοίᾳ δὲ τούτων εἰς τὸ ἕτερον μέρος οἱ λαϊκοὶ καθεζέσθωσαν μετὰ πάσης ἡσυχίας καὶ εὐταξίας· καὶ αἱ γυναῖκες κεχωρισμένως καὶ αὗται καθεζέσθωσαν, σιωπὴν ἄγουσαι. 3. Μέσος δ' ὁ ἀναγνώστης ἐφ' ὑψηλοῦ τινος ἑστὼς ἀναγινωσκέτω τὰ Μώσεως καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυὴ, τὰ τῶν κριτῶν καὶ τῶν βασιλείων, τὰ τῶν παραλειπομένων καὶ τὰ τῆς ἐπανόδου[2]) πρὸς τούτοις τὰ τοῦ Ἰὼβ καὶ τοῦ Σολομῶνος καὶ τὰ τῶν ἑκκαίδεκα προφητῶν. 4. Ἀνὰ δύο δὲ γενομένων ἀναγωνισμάτων, ἕτερός τις τοῦ Δαβὶδ ψαλλέτω υμνους καὶ ο λάος τὰ ἀκροστίχια ὑποψαλλέτω.[3])

---

1) v. Drey l. c. p. 61 „Zellen oder Kapellen, worin nach lib. VIII, 13 die Ueberbleibsel der heil. Brode aufbewahrt wurden und die wohl sonst noch zur Aufbewahrung heil. Geräthschaften dienten."

2) Esra, Nehemia, Esther.

3) Coteler: et populus extrema versuum succinat. Böhmer l. c. p. 345: „Binterim Denkw. IV, 1. p. 322 berichtet, 'Thomasius hat durch viele Zeugnisse aus den alten K. V. erwiesen, dass jedesmal der ganze Vers vom Volke wiederholt wurde.' In den von uns oben citirten Worten des Urtextes der Constitutionen ist dieser Begriff nicht enthalten. Da das ἄκρον in ἀκροστίχια dasjenige, was auf der Spitze befindlich, das Aeusserste ist, bezeichnet: so gebieten die Constitutionen, es solle das Volk die äussersten Theile, d. h. die Endworte von den Versen (welche die von dem τις gesungenen Hymnen haben), demselben (wieder) zu singen. Auch die von Binterim aus Augustinus angeführten Stellen erweisen die Behauptung des Thomasius keineswegs; denn aus „enarration. in Psalm. 138" geht lediglich hervor, dass der Lector einen andern Psalm, als den vom Bischofe ihm vorgeschriebenen, las, und dass Augustinus es sich (nobis) nicht imputirt wünschte, wenn die Gemeinde durch die Länge des Vorgelesenen eine Zeitlang gefesselt war; ein Wiederholtsein des jedesmaligen ganzen Verses durch das Volk wird in dieser Stelle nicht indicirt. Die andere Stelle „II. Enarrat. in Psalm. 18" zeigt zwar, dass Geistliche und Gemeindegenossen folgende Psalmworte: „ab occultis meis munda me Domine et ab alienis parce servo Tuo. Si enim non fuerint dominata, tunc immaculatus ero et mundabor a delicto maximo", einstimmig (consona voce) vor Gott gesungen haben; aber davon steht kein Jota l. c., dass Einer den ganzen Psalm vorgesungen, und dass jedesmal das Volk den ganzen Vers wiederholt habe." v. Drey l. c. p. 60 „Das Volk antwortet mit bestimmten Schlussworten oder Schlussversen."

5. *Μετὰ τοῦτο αἱ πράξεις αἱ ἡμέτεραι ἀναγινωσκέσθωσαν, καὶ ἐπιστολαὶ Παύλου τοῦ συνεργοῦ ἡμῶν, ἃς ἐπέστειλε ταῖς ἐκκλησίαις καθ᾿ ὑφήγησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος. Καὶ μετὰ ταῦτα διάκονος ἢ πρεσβύτερος ἀναγινωσκέτω τὰ εὐαγγέλια, ἃ ἐγὼ Ματθαῖος καὶ Ἰωάννης παρεδώκαμεν ὑμῖν, καὶ ἃ οἱ συνεργοὶ Παύλου παρειληφότες κατέλειψαν ὑμῖν Λουκᾶς καὶ Μάρκος· καὶ ὅταν ἀναγινωσκόμενον ᾖ τὸ εὐαγγέλιον, πάντες οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι καὶ πᾶς ὁ λάος στηκέτωσαν μετὰ πολλῆς ἡσυχίας. Γέγραπται γάρ· Σιώπα καὶ ἄκουε Ἰσραήλ. Καὶ πάλιν· Σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι καὶ ἀκούσῃ.* 6. *Καὶ ἑξῆς παρακαλείτωσαν οἱ πρεσβύτεροι τὸν λάον, ὁ καθεὶς αὐτῶν, ἀλλὰ μὴ ἅπαντες· καὶ τελευταῖος πάντων ὁ ἐπίσκοπος, ὃς ἔοικε κυβερνήτῃ.*[1]) *Στηκέτωσαν δὲ οἱ μὲν πυλωροὶ εἰς τὰς εἰςόδους τῶν ἀνδρῶν, φυλάσσοντες αὐτάς, αἱ δέ διάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν, δίκην ναυστολόγων·*[2]) *καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, ὁ αὐτὸς παρηκολούθει λόγος καὶ ἐν τῷ ναῷ τοῦ θεοῦ. Εἰ δέ τις εὑρεθῇ παρὰ τόπον καθεζόμενος ἐπιπλησσίσθω ὑπὸ τοῦ διακόνου ὡς πρωρεὺς, καὶ εἰς τὸν καθήκοντα αὐτῷ τόπον μεταγέσθω, οὐ μόνον γὰρ νηΐ· ἀλλὰ καὶ μάνδρῃ ὡμοιώται ἡ ἐκκλησία. Ὡς γὰρ οἱ ποιμένες ἕκαστον τῶν ἀλόγων, αἴγων φημὶ καὶ προβάτων, κατὰ συγγένειαν καὶ ἡλικίαν ἱστῶσι, καὶ ἕκαστον αὐτῶν τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ συντρέχει· οὕτω καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οἱ μὲν νεώτεροι ἰδίᾳ καθεζίσθωσαν, ἐὰν ᾖ τόπος, εἰ δὲ μὴ, στηκέτωσαν ὀρθοὶ, οἱ δὲ τῇ ἡλικίᾳ προβεβηκότες, καθεζέσθωσαν ἐν τάξει. Τὰ δὲ παιδία ἑστῶτα προςλαμβανίσθωσαν αὐτῶν οἱ πατέρες καὶ μητέρες· αἱ δὲ νεώτεραι πάλιν ἰδίᾳ, ἐὰν ᾖ τόπος, εἰ δὲ μήγε ὄπισθεν τῶν γυναικῶν ἱστάσθωσαν· αἱ δὲ ἤδη γεγαμηκυῖαι καὶ τεκναχοῦσαι ἰδίᾳ ἱστάσθωσαν, αἱ παρθένοι δὲ καὶ χῆραι καὶ πρεσβύ-*

---

1) Augusti Denkw. VI, 264: Wenn es Mosheim auffallend findet, dass in den Const. der Ap. die Predigt als besonderer Theil der Gottesdienstes nicht erwähnt werde, so kann man dies zugeben(?), ohne daraus die Folgerung, dass sie wirklich gemangelt habe, zu ziehen. Die Predigt wird unter dem Vorlesen der Schrift mit begriffen und dies beweiset nur so viel, dass man sich eine Predigt ohne Grundlage der Schrift nicht zu denken vermochte. — — Ob hier *τὸ εὐαγγέλιον* die bestimmte Perikope, oder die evangelische Lection nach der Ordnung der Evangelisten bedeute, kann als gleichgültig betrachtet werden, obgleich das Erstere wahrscheinlicher ist. Die Hauptsache ist, dass auf die Vorlesung der Ev. ein ermahnender Vortrag an das Volk gehalten werden soll. Einer von den Presbytern soll den Vortrag beginnen, worin auch andere mit ihm abwechseln können und der Bischof soll den Beschluss machen. Von einer solchen Abwechselung im Vortrage kommen mehrere Beispiele vor. Cf. Selvaggii Ant. Chr. lib. 2. p. 233 sq.

2) Erant *ναυστολόγοι* s. *ναυτολόγοι* qui in prora constituti, tum navem intrantes recipiebant, tum vero cum navigatoris de futuro itinere colloquebantur, de nauleo paciscebantur. Quocirca Naustologi referunt partim Janitores, ratione videlicet primi Nautologorum officii; partim Catechistae ratione posterioris. Cot.

τιδες, πρῶται πασῶν στηκέτωσαν ἢ καθεζέσθωσαν. Ἔστω δὲ τῶν τόπων προνοῶν ὁ διάκονος, ἵν' ἕκαστος τῶν εἰςερχομένων εἰς τὸν ἴδιον τόπον ὁρμᾷ καὶ μὴ παρὰ τὸ ἰντροϊτον καθέζωνται. Ὁμοίως ὁ διάκονος ἐπισκοπείτω τὸν λαὸν ὅπως μήτις ψιθυρίσῃ ἢ νυστάξῃ ἢ γελάσῃ ἢ νεύσῃ· χρὴ γὰρ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐπιστημόνως καὶ νηφαλέως καὶ ἐγρηγορότως ἑστάναι ἐκτεταμένην ἔχοντα τὴν ἀκοὴν ἐπὶ τὸν τοῦ κυρίου λόγον. 7. Καὶ μετὰ τοῦτο συμφώνως ἅπαντες ἐξαναστάντες καὶ ἐπ' ἀνατολὰς καταχοήσαντες μετὰ τὴν τῶν κατηχουμένων καὶ τὴν τῶν μετανοούντων ἔξοδον προςευξάσθωσαν τῷ θεῷ, τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανον τοῦ οὐράνου, κατὰ ἀνατολὰς (Ps. 68, 34) ὑπομιμνησκόμενοι καὶ τῆς ἀρχαίας νομῆς τοῦ κατὰ ἀνατολὰς παραδείσου, ὅθεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἀθετήσας τὴν ἐντολὴν ὄφεως συμβουλίᾳ πεισθεὶς ἀπεβλήθη. 8. Οἱ δὲ διάκονοι μετὰ τὴν προσευχὴν, οἱ μὲν τῇ προςφορᾷ τῆς εὐχαριστίας σχολαζέτωσαν, ὑπηρετούμενοι τῷ τοῦ κυρίου σώματι μετὰ φόβου, οἱ δὲ τοὺς ὄχλους διασκοπείτωσαν καὶ ἡσυχίαν αὐτοῖς ἐμποιείτωσαν. Λεγέτω δὲ ὁ προεστὼς τῷ ἀρχιερεῖ διάκονος τῷ λαῷ μή τις κατά τινος· μή τις ἐν ὑποκρίσει· 9. Εἶτα καὶ ἀσπαζέσθωσαν ἀλλήλους οἱ ἄνδρες καὶ ἀλλήλας αἱ γυναῖκες τὸ ἐν κυρίῳ φίλημα, ἀλλὰ μή τις δολίως ὡς Ἰούδας τὸν κύριον φιλήματι παρέδωκε. 10. Καὶ μετὰ τοῦτο προςευχέσθω ὁ διάκονος ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης καὶ παντὸς τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν καὶ ἐκφοριῶν, ὑπὲρ τῶν ἱερέων καὶ τῶν ἀρχόντων, ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τοῦ βασιλέως, καθόλου εἰρήνης. 11. Καὶ μετὰ τοῦτο ὁ ἀρχιερεὺς ἐπευχόμενος τῷ λαῷ εἰρήνην, εὐλογείτω τοῦτον, ὡς καὶ Μωσῆς ἐνετείλατο ἱερεῦσιν εὐλογεῖν τὸν λαὸν τούτοις τοῖς ῥήμασιν· Εὐλογήσαι σε κύριος καὶ φυλάξαι σε· ἐπιφάναι ὁ κύριος τὸ πρόςωπον αὐτοῦ ἐπί σε, καὶ δώῃ σοι εἰρήνην (Num. 6, 24). Ἐπευχέσθω οὖν καὶ ὁ ἐπίσκοπος καὶ λεγέτω· Σῶσαν τὸν λαόν σου, κύριε, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου ἣν ἐκτήσω καὶ περιποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ ἐκάλεσας βασίλειον ἱεράτευμα καὶ ἔθνος ἅγιον. 12. Μετὰ δὲ ταῦτα γινέσθω ἡ θυσία, ἑστῶτος παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ προσευχομένου ἡσύχως. 13. Καὶ ὅταν ἀνενεχθῇ, μεταλαμβάνετω ἑκάστη τάξις καθ' ἑαυτὴν τοῦ κυριακοῦ σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος ἐν τάξει, μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας ὡς βασιλέως προςερχόμενοι σώματι καὶ γυναῖκες κεκαλυμμέναι τὴν κεφαλὴν, ὡς ἁρμόζει γυναικῶν τάξει, προςερχέσθωσαν. Φυλαττέσθωσαν δὲ αἱ θύραι, μήτις ἄπιστος εἰςέλθοι ἢ ἀμύητος.

Iuvat attexere vetustissimae Liturgiae conspectum et tabulam, e Iustini ac Constitutionum narratione conflatam, literis Graecorum Patrum ad annum CCC usque florentium testimoniis ac recentiorum doctrina quoad fieri potuit illustratam.

MISSA CATECHUMENORUM.

Ex Synagogarum conventibus oriunda, ad veteris testamenti ingenium composita, liturgiae quae arctiore sensu christiano dicitur *προπαίδευμα καὶ σκιὰ τῶν μελλόντων.*

I. Lectio Scripturarum Veteris Testamenti Iust. 5. Const. 3.

Iam alio loco Cod. Lit. I. p. 23. demonstravimus, antiquissimis temporibus exordium Missae ductum esse a lectionibus Veteris ac Novi Testamenti. Itaque in Liturgiis occidentalibus, quibus aliqua affinitas est et coniunctio cum vetustissima Graecorum missa, dico Gallicanam, Ambrosianam, Mozarabicam (apud Romanos sollemnioribus tantum diebus), Epistolam praecedit Lectio Prophetica. Neque hodie prisca consuetudo prorsus obliterata est. Ut taceam Ambrosianos et Missas Quatuor temporum, e ritibus monasticis commemoro Praemonstratenses, qui tribus missis in Nativitate Domini celebratis tres adsignant Prophetias, tres Epistolas, tria Evangelia.

II. Psalmodia Const. 4.

Recte Rothius l. c. p. 28: *Psalmodiam silentio praeterit Iustinus. Nec tamen ex hoc silentio certe efficitur aetate martyris celeberrimi cantum psalmorum hymnorumque sacrorum nondum ad cultum divinum Christianorum pertinuisse, praesertim cum ex epistola Plinii constet, iam Traiani temporibus Christianos solitos esse, in conventibus suis antelucanis „carmen Christo quasi Deo dicere secum invicem" et I. ipse alio loco (Apol. I. §. 13) referat, Christianos Deo διὰ λόγου πομπὰς καὶ ὕμνους πέμπειν.*

Et ipse Plinius, quem modo excitavi, testis est, praeter Psalmos exstitisse carmina sacra, Christum *θεολογοῦντα.* Adde scriptorem saeculi secundi, qui Artemonem incusat Euseb. H. E. 7, 30: *Ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα.* Neque praetereundus est Dionysius apud Euseb. 7, 24: *ἐν ἄλλοις μὲν πολλοῖς ἀποδέχομαι καὶ ἀγαπῶ Νέπωτα, τῆς τε πίστεως καὶ τῆς φιλοπονίας καὶ τῆς ἐν ταῖς γραφαῖς διατριβῇ καὶ τῆς πολλῆς ψαλμῳδίας ᾗ μέχρι νῦν πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν ἐνθυμοῦνται.* At supersedendum est exemplorum multitudine. Erant ex antiquissimis temporibus hymni vel psalmi ecclesiastici, qui decantabantur vel inter Scripturarum lectionem vel inter eucharisticum sacrificium.

In Ambrosiana Missa Prophetiam subsequitur Psalmulus v. Psal-

mellus, apud Gallicanos Psalmus responsorius, ex Mozarabum lege Psalterium, quod idem significat.

III. Lectio Scripturarum Novi Testamenti Iust. 5. Const. 5.

Epistola Const. 5.

Mone l. c. p. 67 sq. „*Wenn ich nach den angeführten Zeugnissen der Väter behaupten muss, dass die gallicanischen Messen mit der griechischen vor Basilius sowohl im Inhalt als auch oft in der Fassung übereinstimmen: so führt dieses auf eine gemeinsame Quelle beider zurück, denn die griechische Messe hat weder einen griechischen Ursprung noch die gallicanische einen lateinischen, sondern beide sind nur in diesen Sprachen abgefasst. Der Ursprung beider ist jüdisch, denn die Beziehungen auf den jüdischen Gottesdienst, welche darin vorkommen, hätte man von Seiten der Christen nicht hineingetragen, man hatte dazu keine Veranlassung, wohl aber ist es wahrscheinlich, dass man sie in den Gebeten lange Zeit stehen liess, weil sie damit überliefert wurden. Ich habe oben gezeigt, dass der Anfang des Gottesdienstes mit der Prophezeiung dem alten Testamente angehört, im neuen musste als Ergänzung das Evangelium hinzukommen, denn es ist die Erfüllung der Prophezeiung. Diese beiden Stücke, die Prophezeiung und das Evangelium, machten im ersten und noch weit in das zweite Jahrhundert hinein den ersten Theil der Messe aus und waren ursprünglich bei den Judenchristen eingeführt. Daher nennen die alten Väter gewöhnlich nur die Prophezeiung und das Evangelium als gegenseitige Beziehung neben einander, ohne die dritte, die Epistel, zu erwähnen, welche als Zwischenglied durch die griechischen Christen in die Messe aufgenommen wurde und die Liturgie der Heidenchristen von jener der Judenchristen unterscheidet. Die Briefe der Apostel waren meist an Heidenchristen gerichtet, die sämmtlich griechisch verstanden. Die Briefe an die Gemeinden mussten denselben vorgelesen werden, das war der Zweck, und in einigen Briefen ist es auch ausdrücklich befohlen. Jene Gemeinden hatten aber keine andere Versammlung als ihren Gottesdienst, denn sie waren keine politischen Gemeinden, also mussten die Apostelbriefe schon aus diesem Grunde bei dem Gottesdienste vorgelesen werden, um zur Kenntniss der Gemeinde zu gelangen. So wollte es der Apostel Paulus (Coloss. 4, 16), der auch befahl, dass nachbarliche Gemeinden in ihren Versammlungen (ἐκκλησίαι) sich wechselseitig die Apostelbriefe mittheilen und vorlesen sollten. Es ist hieraus klar, dass zuerst bei den Heidenchristen die Apostelbriefe einen Theil des Gottesdienstes ausmachten, wie auch dass die Vorlesung der Epistel die griechische Liturgie von der jüdischen untercsheiden musste.*“

Et sane Constit. Ap. II, 59 omissus est Apostolus: Fit die dominico *προφητῶν ἀνάγνωσις, καὶ εὐαγγελίου κηρυκία καὶ θυσίας ἀναφορὰ καὶ τροφῆς ἱερᾶς δωρεά.*

Evangelium Const. 5. Passiones Martyrum in Missa Cat. lectas esse diebus eorundem anniversariis, permulti testantur scriptores occidentales. De Oriente unus significat Eusebius Hist. Eccl. V, 4: *ὅτῳ γὰρ φίλων, καὶ ταῦτα ῥᾴδιον πληρίστατα διαγνῶναι, μετὰ χεῖρας ἀναλαβόντι τὸ σύγγραμμα, ὃ καὶ αὐτὸ τῇ τῶν μαρτύρων συναγωγῇ πρὸς ἡμῶν, ὡς γοῦν ἔφην, κατείλεκται.* Cod. Lit. I. p. 27.

Verum in diversis ecclesiis praeter scripturam sacram alios quoque libros et doctrina christiana refertos et exhortatione, lectitatos esse tam certum est quam quod certissimum: Hermae Pastor Euseb. H. E. 3, 16. Hieron. de script. 10. Athanas. tom. I. p. 963 edit. Par. Clementis Romani ad Corinthios prior epistola Euseb. H. E. 3, 16. Soteris Romani Epistola Euseb. H. E. 3, 16.

IV. Sermo Iust. 6. Const. 6.

Euseb. E. E. 6, 36: *ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα φασὶν ἔτη τὸν Ὠριγένην γενόμενον· ἅτε μεγίστην ἤδη συλλεξάμενον ἐκ τῆς μακρᾶς παρασκευῆς ἕξιν τὰς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ λεγομένας αὐτῷ διαλέξεις ταχυγράφοις μεταλαβεῖν ἐπιτρέψαι οὐ πρότερόν ποτε τοῦτο γενέσθαι συγκεχωρηκότα.* Pamphilus Apol. pro Origene: — — *per eos tractatus quos paene quotidie in ecclesia habebat ex tempore quo et describentes notarii ad monumenta posteritatis tradebant?*

V. Dimittuntur Catechumeni, Poenitentes et a. Orationes Const. 7.

Iustinus Dial. c. Tryph. p. 254: *ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνθρώπων τῶν ἐχθραινόντων ἡμῖν εὐχόμεθα.* p. 363: *ἀδιαλείπτως καταρᾶσθε αὐτῷ τε ἐκείνῳ καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ, πάντων ἡμῶν εὐχομένων ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ πάντων ἁπλῶς ἀνθρώπων ὡς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἐδιδάχθημεν.*

MISSA FIDELIUM

ex eucharistia apostolica deducenda, Iesu Christi pro nobis passi expressa imago, liturgiae christianum *πλήρωμα* et *ἄδυτον.*

VI. Oblatio panis et vini Iust. 3. 7. Const. 8.

Iustin. Dial. c. Tryph. p. 210: *εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι, ὑπὸ τῶν ἀξίων γινόμεναι, τέλειαι μόναι καὶ εὐάρεστοί εἰσι τῷ Θεῷ θυσίαι,*

καὶ αὐτός φημι· ταῦτα γὰρ μόνα καὶ Χριστιανοὶ παρέλαβον ποιεῖν, καὶ ἐπ' ἀναμνήσει δὲ τῆς τροφῆς αὐτῶν ξηρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς, ἐν ῃ καὶ τοῦ πάθους ὃ πέπονθε δι' αὐτοῦ ὁ θεὸς τοῦ θεοῦ μέμνηται. Irenaeus L. IV. c. 18: *Oportet nos oblationem Deo facere, et in omnibus gratos inveniri fabricatori Deo, primitias earum, quae sunt eius, creaturarum offerentes, Et hanc oblationem ecclesia sola puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creatura eius. Iudaei autem non offerunt; — non enim receperunt verbum, [per] quod offertur Deo.*

VII. Silentium Const. 8.

In Gallicana et Mozarabica Missa Diaconus ante Epistolam: Silentium facite.

VIII. Comminatio Const. 8.

IX. Osculum Iust. 2. Const. 9.

Osculum pacis, datum ante consecrationem orientalis originem indicium iudicat et Graecanicae ecclesiae signa patefacit. Nam in occidentali officio excipit osculum consecrationem.

X. Deprecatio Iust. 1. Const. 8.

Huc pertinet insignis locus Origenis Hom. VI. in Ierem. p. 606. Frequenter in oratione dicimus: *Da omnipotens, da nobis partem cum prophetis; da cum apostolis Christi tui; tribue, ut inveniamur ad vestigia unigeniti tui.*

XI. Salutatio et Benedictio Episcopi Const. 11.

XII. Gratiarum actio Iust. 3.

Secundum Iustinum ita sese excipiunt Liturgiae partes: Deprecatio, Osculum, Oblatio, Gratiarum actio. Contra Constitutiones in novissima liturgiae parte admodum breves non disertis verbis exprimunt gratiarum actiones. Iren. I, 1 huc refert gnosticos delirasse: *καὶ τὸν Παῦλον φανερώτατα λέγουσι τοὺς δὲ Αἰῶνας ὀνομάζειν πολλάκις, ὅτι δὲ καὶ τὴν τάξιν αὐτῶν τετηρεκέναι οὕτως εἴποντα· εἰς πάσας τὰς γενεὰς τῶν αἰώνων τοῦ αἰῶνος· ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐπὶ τῆς εὐχαριστίας λέγοντας· εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἐκείνους τοὺς αἰῶνας σημαίνειν.*

Veri simillimum est, gratiarum actiones apud Graecos inde ab omni tempore desiisse in Hymnum Cherubicum: vel *ἐπινίκιον*: Sanctus, Sanctus etc. Binterim Denkw. IV, 3, 396 „*Es ist gewiss, dass der Gebrauch der Präfationen bei der Messe apostolischen Ursprungs* und mit

dem Opfer selbst gleichzeitig ist." Cf. Böhmer l. c. p. 373 sq. Sed non adest luculentus testis ante Liturgiam Clementinam, praeter incertam Socratis historiolam VI, c. 8: *λεκτέον δὲ καὶ ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ κατὰ τοὺς ἀντιφώνους ὕμνους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συνήθεια. Ἰγνάτιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας τρίτος ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου ἐπίσκοπος, ὃς καὶ τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῖς συνδιέτριψεν, ὀπτασίαν εἶδεν ἀγγέλων, διὰ τῶν ἀντιφώνων ὕμνων τὴν ἁγίαν τριάδα ὑμνούντων* (*Jes. VI?*) *καὶ τὸν τρόπον τοῦ δράματος τῇ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν.*

XIII. Consecratio Iust. 3. Const. 12.

Ad oblationem et consecrationem spectant, quae leguntur in epistola Firmiliani ad Cyprianum 75. Loquitur de certa quadam muliere quae in extasi constituta, inter cetera haec quoque frequenter ausam esse dicit „*ut et invocatione non contemtibili sanctificare se panem et eucharistiam facere simularet et sacrificium domino non sine sacramento solitae praedicationis offerret.*"

Clemens Alexandr. Paedag. II, 2. p. 186 — — *ὅτι δὲ οἶνος ἦν τὸ εὐλογηθέν* —

Origenes c. Cels. VIII, c. 33: *ἡμεῖς τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ εὐχαριστοῦντες καὶ τοὺς μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσαγομένους ἄρτους ἐσθίομεν, σῶμα γενομένους διὰ τὴν εὐχὴν ἅγιόν τι καὶ ἁγιάζον τοὺς μετὰ ὑγιοῦς προθέσεως αὐτῷ χρωμένων.*

Orationis Dominicae neque in Iustini (Höfling l. c. p. 57) neque in Constitutionum liturgia (ne in Clementina quidem liturgia) aperta fit mentio: quia ea ex apostolorum aetate effecit consecrationis partem eamque notabiliorem quam ut opus sit de usu eius commemorare. Cf. E. F. Wernsdorf de antiquitate consecrat. eucharisticae per orat. Dominic. Viteb. 1772. 4.

Böhmer l. c. p. 379: „Rheinwald S. 367: „*In den Const. App. davon*" (*dass das Gebet des Herrn recitirt werde,*) „*nichts*". *Wir hätten gern über den Anlass zu dieser Negation bei Rheinwald eine Auskunft mitgetheilt gesehen, zumal das Herrngebet sonst in der Christenwelt eine sehr hohe Achtung genoss. Die von Bingham origin. VI,* 360 *gegebene Auskunft, das Herrngebet sei, als der Auctor der Constitutionen sein Buch zusammengetragen habe, „in ista ecclesia" vermuthlich nicht gebräuchlich gewesen, genügt nicht, weil sich die Frage: warum ist dies Gebet dort nicht gebräuchlich gewesen? alsbald dem Denkenden aufdrängt. Erwägen wir, dass es im lib. VII, c.* 24 *der Constitut. hinsichtlich des Vaterunsers heisst: „τρὶς τῆς ἡμέρας οὕτω προσεύχεσθε"! so müssen wir sagen, dass die Verfasser der Constitut., indem sie im*

lib. VIII, c. 12 das grosse Abendmahlsgebet des Oberpriesters mittheilen, voraussetzen, Jesu Bekenner würden, wenn das vom Herrn eingesetzte Mahl gefeiert werde, von selbst (ohne dass ein positiver Befehl abseiten der Constitutionen darüber erlassen werde,) mit jenem Mahle die εὐχή, welche der Herr seinen Jüngern mitgetheilt habe, verbinden. So versteht es sich ja auch in der modernen Zeit von selbst, dass der Gläubige, welcher das Gotteshaus betritt, im Stillen sein Vaterunser betet, und sich eo ipso für die Verehrung Gottes in Christo empfänglicher macht."

XIV. Communio Iust. 4. 8. Const. 13.

Clemens Alex. Strom. I. p. 318 *τινὲς εὐχαριστίαν διανείμαντες (distribuentes) αὐτὸν δὴ ἕκαστον τοῦ λαοῦ λαβεῖν τὴν μοῖραν ἐπιτρέπουσιν.* Cornelius, Pontifex Romanus, in epistola ad Fabianum, Antiochiae episcopum missa (Euseb. H. E. 6, 43) conqueritur Novatiani impietatem. *Ποιήσας γάρ, inquit, τὰς προςφορὰς καὶ διανέμων ἑκάστῳ τὸ μέρος, καὶ ἐπιδοὺς τοῦτο ὀμνύειν ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν τοὺς ταλαιπώρους ἀνθρώπους ἀναγκάζει, κατέχων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τὰς τοῦ λαβόντος καὶ μὴ ἀφεὶς ἔστ' ἂν ὀμνύοντες εἴπωσι ταῦτα (τοῖς γὰρ ἐκείνου χρήσομαι λόγοις) ὅμοσόν μοι κατὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μηδὲ ποτέ με καταλιπεῖν καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς Κορνήλιον καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον αὐτῷ καταράσαιτο· καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκεῖνον τὸ ἀμὴν, οὐκέτι ἀνήξω πρὸς Κορνήλιον.* Exscripsimus locum, quoniam Cornelius pro certe ponere videtur eundem ritum in orientali quoque ecclesia obtinere.

Origenes Homil. in Exodum hom. XIII, c. 3. *Volo vos admonere religionis vestrae exemplis. Nostis, qui divinis mysteriis interesse consuestis, quomodo, cum suscipitis corpus Domini, cum omni cautela et veneratione servatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim vos creditis et recte creditis, si quid vide per negligentiam decidat.*

Dionysius Alexandrinus apud Eusebium Hist. Ecc. 7, 9 scribit ad Sixtum Romanum Pontificem de quodam fideli ab haereticis baptizato, qui cum vidisset in ecclesia nonnullas servari caerimonias, quae ab iis sibi minime factas videret, a Dionysio baptismum petiit „*ὅπερ ἐγὼ μὲν οὐκ ἐτόλμησα ποιῆσαι φήσας αὐτάρκη τὴν πολυχρόνιον αὐτῷ κοινωνίαν εἰς τοῦτο γεγονέναι. Εὐχαριστίας γὰρ ἐπακούσαντα καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ ἀμὴν καὶ τραπέζῃ παραστάντα καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας τροφῆς προτείναντα καὶ ταύτην καταδεξάμενον καὶ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν I. X. μετασχόντα ἱκανῷ χρόνῳ, οὐκ ἂν ἐξ ὑπαρχῆς ἀνασκευάζειν ἔτι τολμήσαιμι.*

Idem in Epist. ad Basilidem c. 2 de mulieribus, quae sanguinis fluxu laborabant, ita scribit: *οὐδὲ γὰρ αὐτὰς οἶμαι πιστὰς οὔσας καὶ εὐλαβεῖς, τολμήσειν οὕτως διακειμένας ἢ τῇ τραπέζῃ τῇ ἁγίᾳ προςελθεῖν, ἢ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ προςάψασθαι.*

Non possumus quin concludamus adiecta Monii tabula (l. c. p. 71) qua uno in conspectu nobis proponit praecipuarum liturgiarum *παράλληλα* capita. Accedit quod aperit doctissimi viri de apostolica singulorum rituum origine sententiam. Admonendus vero est lector ne praetermittat, Monium non constitisse in trium priorum saeculorum finibus, sed ex operis consilio ad saecula quintum et sextum usque progressum esse.

Erster Theil der Messe, enthält die *Lehre* und heisst bei den Römern und Griechen *missa catechumenorum, poenitentium, energumenorum et excommunicatorum,* mozarabisch oder spanisch *officium ad missam.* Die Messe selbst *λειτουργία, ἱερουργία,* bei den Lateinern *missa,* von der Entlassungsformel *missa est,* d. h. *dimissa est congregatio, ecclesia;* bei den Griechen, *ἀπόλυσις, ἀπολυτίκιον.*

Versammlungsgebet, römisch *collecta,* griechisch *συναπτή,* gallicanisch und spanisch *collectio, praefatio, oratio.*

Prophezeiung, gall. und span. *profetia;* ist vorchristliche Einrichtung.

Gebet darauf, gall. und span. *post profetiam.*

Epistel, *ἀπόστολος, βιβλίον ἀποστολικόν, lectio;* nachapostolische Anordnung.

Evangelium, nachapostolisch.

Zweiter Theil der Messe, enthält das *Opfer* und heisst *missa fidelium, λειτουργία τῶν πίστων,* spanisch *missa.*

Darbringung der Opfergaben, gallic. *collectio ante nomina, προσφορά.*

Gebet über die Opfergaben, römisch *super oblata,* später *offertorium,* span. *sacrificium,* gallic. *post nomina, δίπτυχα.*

Friedenskuss, gall. *ad pacem, θεῖος ἀσπασμός.*

Präfation, *ἀναφορά, εὐχαριστία, εὐχὴ τοῦ καταπετάσματος,* span. *illatio,* gall. *immolatio, contestatio;* apostolisch.

Sanctus, *τρισάγιον, ἐπινίκιος ὕμνος,* apostolisch.

Kanon, *μυστήριον, μυσταγωγία,* span. und gall. *mysterium, secreta;* apostolisch.

Vaterunser, apostolisch.

Communion, *μετάληψις, μετουσία;* apostolisch.

Damit endigt der zweite Theil, es sind aber noch einige Schlussgebete hinzugekommen, namentlich die Benediction.

§. 4.

QUONAM TEMPORE LITURGIAE LITERIS CONSIGNARI COEPTAE SINT.

Praemittere iuvat capiti locum S. Basilii Caesareensis de Spirit. S. c. 27 de quo omnis haec quaestio exoritur: *Τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας, τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀπόστολος ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχὺν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλάβομεν.* Hac Basilii sententia fretus, qui primus criticum acumen chartis Graecorum liturgicis admovit Renaldotius (I. p. IX. XII) hanc probat sententiam: quarto saeculo ineunte aut scriptas non fuisse eucharistiae celebrandae formas, aut si scriptae fuerint, non integras, ut sunt Iacobi, Basilii, Chrysostomi cum omnibus precibus et caerimoniis sed summatim tantum fuisse descriptas, ita ut partes illas tantum quae praecipuae essent continerent.

„Orientales eandem disciplinam habentes quae reliquis Christianis communis erat, illam similiter in Oriente propagaverunt et posteris transmiserunt: neque tamen statim illam perscripsisse videntur. Ut ita statuamus, facit insigne prae caeteris Basilii Magni testimonium, qui multa quae ad nos sola traditione pervenerunt enumerans, adiungit: *Verba sacrae Invocationis in consecratione panis et calicis, quis sanctorum nobis scripto tradidit?* Ita enim Graeca vertenda sunt, non ut a multis factum est, qui *ἀνάδειξιν ostensionem* seu *elevationem* Eucharistiae interpretantur, sed contra autoris mentem.[1]) *Invocationem* vocat Basilius Canonem Missae: quia multis *ἐπικλήσεσι,* seu Invocationibus constat, inter quas praecipua est celebris illa, et quam omnes Orientales Liturgiae repraesentant, Invocatio Spiritus sancti in dona proposita, cuius meminerunt Irenaeus, Epiphanius et multi alii, ut suo loco dicetur. Unde si non certo, saltem verisimiliter omnino concluditur, ante Basilii tempora Liturgias Graecas literis non fuisse consignatas. Suadet id etiam Ecclesiasticae disciplinae ratio, quae mysteria tanto silentio tegi iubebat, ut non nisi initiatis, et breviter quidem, imo obscuriuscule explicarentur, quod multis veterum testimoniis manifestum est, praesertim in Sermonibus ad populum, ubi frequens est illa *ἀποσιωπήσεως* formula, *Norunt initiati,* ut illa Epiphanii *accipiens τὸ δὲ καὶ τὸ δὲ hoc et hoc.* At si quae ad huius mysterii fidem pertinebant, non aliter quam viva voce, ut Symbolum, tradebantur initiandis, quanto minus scribi poterant aut debebant arcana

1) Elevationem intelligunt Bona, Rheinwaldus, cfr. Böhmer l. c. p. 375.

sacrorum verba, quae ad solos Episcopos et Sacerdotes spectabant. Occurrit in primorum saeculorum historiis frequentissima traditionis sacrorum voluminum memoria, de qua tamdiu cum Donatistis certatum fuit ab Africanis Patribus. Erant illi sacrae scripturae codices, et nullus memoriae prodidit, inter illos Sacramentalem ullum traditum infidelibus fuisse, quibus haec Ecclesiarum spolia cariora longe futura fuissent, quam exemplaria scripturae sacrae, cuius qualemcumque cognitionem habebant. Qui enim per tormenta a Christianis tanto studio sciscitabantur, quid in Synaxibus ageretur, omnia ex libris Sacramentalibus scire potuissent, quorum in actis Martyrum, aut in Gestis contra Donatistas nullum extat vestigium."

Conspirat cum Renaldotio Binghamus V, 116 sq. qui multus est in argumento ab persecutionibus desumpto explicatius exponendo. Laudabili tamen cautione haec monet: „*Non concludendum hinc est (quo imbecillis ingenii homines fortasse inclinabunt) quod nullas ideo liturgias, sive statas divini cultus formas hisce turbulentis temporibus habuerint: quia clarissima documenta in contrarium suppetunt — — Sed hoc solum inde concludi oportet, quod eos non ita generatim literis consignaverint, uti quidem sequentibus saeculis, sed memoriter tantum illis usi sunt, plebique per notam et constantem praxin certiorem earum notitiam dederint; quemadmodum hodie multi precationum formulis utuntur, literis eas haud consignantes.*"

Cui sententiae cum a multis viris doctis,[1]) tum nuperrime plausum est a Thierschio Kircheng. I. p. 297: „*Wie ein jeder Christ bei der Taufe das Vater Unser und das Symbolum mündlich mitgetheilt bekam, um es im Herzensschreine zu bewahren, so müssen auch den Priestern die Anweisungen zur Feier der Mysterien mündlich anvertraut worden sein. Hiefür spricht schon die jüdische Art der Unterweisung in den Sentenzen der Väter, welche Jahrhunderte lang ohne Aufschreibung von Mund zu Mund ging; hiemit stimmt ferner die lange fortgesetzte mündliche Erzählung der Wunderthaten Christi. Nur so glaubte man die heiligen Handlungen der Christen vor Entweihung schützen zu können. Aehnliche Vorsorge war in den Mysterien der Heiden getroffen. Man konnte aber auf diesem Wege die Wahrheit wirklich auf Jahrhunderte sicher stellen, was in der modernen Zeit nicht mehr gelingen würde. Man konnte es im Alterthum, weil die Bildung noch so einfach, die Kraft des Gedächtnisses noch unzersplittert, die Macht der Au-*

---

1) Rheinwald Kirchl. Archäol. p. 353 „Die Liturgien pflanzten sich Anfangs durch die παράδοσις ἄγραφος fort. Erst im vierten Jahrhundert scheinen sie niedergeschrieben zu sein." Adeas quoque Böhmerum l. c. p. 202 sq. eiusdem sententiae patronum.

torität so gross und die Individualität noch ungebunden war — in allem das Gegentheil des heutigen Geistes- und Bildungs-Zustandes."

Miramur, quod haec παράδοσις liturgica, tam apta ad commendandam traditionis non scriptae auctoritatem et fidem, rostro et ungulis impugnata est ab nonnullis Catholicis scriptoribus. Singulari capite „quo tempore scribi coeperint divina officia" (l. c. p. 137—158) Assemannus in Binghamum ac potissimum in Petri Bruni invehitur disputationes. Succurrit laboranti Selvaggius (Antiquitatum Christ. Institutiones Neap. 1772—74), ex recentiorum numero redintegravit litem Binterimius. Quod demonstrant, saeculo quarto vel quinto scriptas liturgias exstitisse, vel quod citra eucharisticas preces disputant, nos nihil morantur: nam hodie extra controversiam est saeculo ineunte quarto ut omnes officii divini partes scriberent, multos sumpsisse calamum: sed ea paucis percurrenda sunt argumenta, quibus trium priorum saeculorum liturgias in ore ecclesiae, non in libris versatas eludere conantur.

Primum dubitant de singulari et incredibili virtute memoriae. Non verisimile est, Episcopos, Presbyteros vel Diaconos semper et omnes ac singulos atque ubique locorum tanta memoria vel scientia praeditos fuisse, ut divinos omnes libros, Defunctorum et Vivorum Diptycha nec non Psalmorum hymnorumque verba et sententias memoriter scirent, aut spiritu prophetiae scientiaque infusa praediti illa omnia ex tempore recitarent. Constat deinde, Presbyteris nunquam licuisse propria auctoritate, non accedente Episcoporum consensu rationum precumque formulas maxime, quae Canonem Missae componunt, concipere et in Missa usurpare, atque propterea praescriptas ab Episcopis formulas vel ex solo auditu vel ex scripto aliquo eas memoria tenere debebant et ita, ut perspicue atque facili negotio recitare nullo verborum sensu immutato, sed et alta voce, ut a fideli populo audiri possent et apta huius responsione statim acclamari. Presbyteros vero omnes tanta memoria valuisse priscis saeculis, is nobis suadebit, qui naturam humanam immutatam fuisse et hominum mores penitus penitusque quatuor saeculorum decursu tanta novitate abalienatos demonstrat. Scimus enim anno 541 quosdam exstitisse non Presbyteros, sed et Episcopos, qui tanta ignorantia laborarent, ut etiam inter eos invenirentur, qui nec ipsam vel quidem sacrosanctae oblationis vel baptismi orationem tenerent aut scirent, ut loquitur Iustinianus novella 37.[1])

---

1) Böhmer l. c. p. 200 sq. refutavit Binterimum, qui Assemanni disputationem novis auxit rationibus „Zwar meint Binterim Denkw. IV, 1, 241: „Im 2. und 3. Jahrhundert" habe „der liturgische Ritus oft mehrere Stunden" gedauert, „mithin seien auch der Gebetsformeln mehrere gewesen. Wenn man hierbei — bedenke, dass viele Bischöfe und Presbyteren der ersten Zeit keine Gelehrte, sondern einfältige, heilige Männer gewesen,

Iam vero comminus agunt experiunturque, si possint cornua commovere disputationis. Origeni Celsus obiecit, se vidisse apud Presbyteros Christianae Religionis volumina barbara continentia Daemoniorum nomina et praestigias, addiditque, his precationibus, quas Presbyteri in illis voluminibus haberent, nihil boni inesse, sed omnia hominibus noxia. Porro ea obiectio non erat de libris sacris seu Canonicis, cum prius Celsi obiecta contra eos libros diluerit, sed de libris precationum qui apud Christianos, non omnes sed solos Presbyteros exstabant. Nec libros haereticorum hominum a Celso obiectos, qui per priora saecula innumeris Deorum genealogiis, quibus et barbara adtribuebant nomina, suis etiam praestigiis pravisque moribus Christianum nomen ethnicis ignominosum reddebant, facile coniicit Assemannus, quod Origenes nullo negotio eam obiectionem declinasset, negando tales libros apud verae Christianae Religionis cultores unquam exstitisse, quod non fecit, sed haec respondet: *Nos illud pro certo adfirmamus, experti quod, qui ritu Christiano per Iesum colunt Deum, vivuntque iuxta eius evangelium, solemnibus precibus (προςταχθείσαις εὐχαῖς) utentes noctu et interdiu nec magis nec Daemonibus sint expugnabiles.*“ Quibus verbis collatis cum obiectione Celsi et cum iis quae habet Origenes hom. VI in Ieremiam p. 21 luculenter apparebit, Origenis aevo libros Liturgicos scriptos esse, in quibus formulae certae precationum, quales collectae hodie solent audire, continerentur.

Ut quid nos sentiamus aperiamus, redeundum est ad locum Basilii,

---

die mehr durch die Wunderkraft und das Tugendbeispiel als durch den Vorrath ihrer Kenntnisse die göttlichen Wahrheiten verbreiteten, so hebe sich die Nothwendigkeit der schriftlich aufgezeichneten Gebete kräftig hervor.“ Zuzugeben ist, dass die apostolischen Constitutionen „bei der Ertheilung der heiligen Weihen, und dem Messopfer lange und mannichfaltige Gebete aufführen“; allein historisch ist nicht dargethan, dass diese Gebete im 2. und 3. Jahrhunderte vorhanden gewesen, wenigstens aufgezeichnet worden sind, indem die Constitutionen auch aus dem 4. und 5. Säculo Elemente in sich schliessen. Gesetzt aber, der liturgische Ritus hätte im 2. und 3. Jahrhunderte oft mehre Stunden gedauert: so mussten selbst die ungelehrten, aus dem Ehebette auf den Thronos erhobenen, Vorsteher der Christenversammlung „die langen Gebete bei den Scrutinien, die verschiedenen Formeln bei den Sacramenten und Ordinationan“ etc. durch häufiges Hersagen ihrem Gedächtnisse allmählig tief einprägen, dessen Kraft in der antiken Zeit grösser gewesen ist, als in der modernen. Gerade solche Männer, die nicht in scharfer Widerlegung öffentlicher Irrthümer, nicht in zierlicher und wortreicher Vertheidigung der Sache der Wahrheit productiv waren, besassen um so mehr Fähigkeit, die „geheimen Formeln“ auswendig zu lernen. Und hätte sich beim Hersagen derselben „auch das beste Gedächtniss verirrt, so wäre dies um so weniger ein grosses Unglück gewesen, als in Momenten hereinbrechender, ethnischer Drangsale die Bischöfe im Hersagen der liturgischen Gebetsformeln gewiss oftmals durch Ungläubige gestört, und die Flucht zu ergreifen gezwungen worden sind.“

omnino ab nonnullis viris doctis ad suam sententiam - quodammodo contortum. Damus Garnerio, saepe apud Basilium ἄγραφα dici, quod non extent nominatim in scripturis: fortasse nihil aliud voluit Caesareum lumen, nisi ut πνευματομάχους etiam formulis eucharisticis, sacri codicis literis haud mandatis, confutaret. Patet tamen, quod memoratu dignissimum est, Basilium ignorasse liturgias ab ipsis Apostolis conscriptas. Neque si apostoli statas quasdam formulas condiderunt eucharisticas (quod proxime ad verum accedere demonstravimus), recte concluditur, non literis sed memoriae et παραδόσει eas traditas esse. Accesserunt canoni apostolico orationes ac preces, ab apostolorum discipulis vel episcopis aliisque compositae: at cavit ecclesiae consuetudo et posthac disciplina arcana, ne evulgarentur scriptis voluminibus. Nam quod verentur Assemannus et Binterimius, ne sacerdotes in recitanda missa memoriola vacillarint, eos parum commovet, qui rerum μνημονικῶν peritiores, diverso saeculorum ingenio aestimato, probe sciunt, quid valeat memoria, quid ferre recuset. Et ipsa quam impugnat Assemannus, Iustiniani novella docet, adeo illa aetate, cui larga erat scriptarum liturgiarum copia, plurimis presbyteris memoriam fuisse codicem. Quod aperte testantur, quae narrat Gregorius Tur in Hist. Franc. 2, 22: *Sidonius Apollinaris, oblato sibi nequiter libello, per quem sacrosancta sollemnia agere consueverat, ita paratus a tempore cunctum festivitatis opus explicuit ut ab omnibus miraretur.* Immo non dubito, quin hodierno aevo cui arte typographica inventa segnis est et lenta memoria, multi sacerdotes Romani Canonem Missae memoriter teneant, etsi laudabili et verecunda cautela admovere solent oculis librum missaticum vel tabulas, in usum labantis memoriae propositas.[1])

Attamen unum erat divinae liturgiae κεφάλαιον, quod alios expostulabat leges ac mores: Deprecationis periodus, quae nimirum continebat vivorum et defunctorum nomina ac preces, ut barbara voce utar, casuales. Ordo missae, alias fixus et stabilis, variabat in hoc commemorationum capite prout fluctuabat deprecationum materies et eandem ob causam incommodus erat memoriae. Hinc fluxit opinor, sacerdoti pro vivis et

---

1) Nec praetermittendum est, plurimas liturgicas preces scripturae sacrae vocibus fuisse contextas Mone l. c. p. 50: „Kann das Alter der veränderlichen Gebete erwiesen werden, so hat man einen Anhaltspunkt für das Alter des Kanons, weil er vor diesen Zeitpunkt zurückgeht. Da die Schlussformeln meistens biblisch sind, desgleichen das Sanctus und Vaterunser, so folgt hieraus von selbst, dass auch der Kanon die biblischen Worte enthalten hat, welches keine andern sein konnten als die Einsetzungsworte des Abendmahls. Denn gerade im Biblischen lag das Unveränderliche dieser Formeln und Gebete, darum lernte sie jeder Priester auswendig und man brauchte sie nicht aufzuschreiben."

defunctis precanti, libertas quaedam, ab aliis officii partibus aliena, ex qua non statis formulis, sed diserto utebatur pectore: uti etiamnunc Celebrans tacite orat ad libitum in vivorum et mortuorum memoria. At vero rerum Christianarum amplificatio, auctus in dies Martyrum numerus, dignitatum ecclesiasticarum, pro quibus preces faciebant, cumulus, denique ecclesiae ingenium, magis magisque ad certum et constitutum liturgiae ordinem proclive: eae causae effecerunt, ut, puto circa Marci Aurelii aetatem quae tot et tantas ecclesiae martyrum peperit purpuras, literis mandarentur vivorum et defectorum indices vel Diptycha fidelium precibus in Missa recensenda. Haec Diptycha Celsus investigavit apud Presbyteros Christianos nec mirum, quod nomina Martyrum aliorumque κοιμηθέντων philosopho Christianam rempublicam magis cavillanti quam cognoscenti, videbantur barbara et daemonibus apta. Item quas calumniatur praestigias et magicas formulas, facile apparet in Christianis precibus: Da partem cum prophetis et similibus, quas versutus et fallax adversarius maligne interpretatus est.

Facile intelligitur, Diptychis literis consignatis, viam patefactam esse ad totam liturgiae seriem a memoria in libros sacros transcribendam. Aucta officii divini varietate, facilius excidere poterant ex memoria illa stata ac quotidiana liturgiae additamenta, quae nunc vocantur de tempore et de sanctis. Itaque et hae preces, variantes pro temporum ratione, vel saeculo tertio medio literis conscriptae sunt, sed effecerunt librum exiguae tantum molis, quos Latini libellos vel Codices appellabant. Subtiliter huius vocis vim exposuit Mone l. c. p. 15 sq. „*Libellus war der älteste Namen der Messbücher in Gallien. So nennt Gregor von Tours sowohl die Messbücher der Bischöfe als der Aebte in Gallien im fünften Jahrhundert, was eben beweist, dass die Messbücher damals überhaupt dieses kleine Format hatten, denn die Bischöfe und Aebte hatten wohl die Mittel, grössere Messbücher in Folio anzuschaffen. Zaccaria biblioth. ritual.* 1, 75 *machte zuerst auf diese Bedeutung des Wortes libellus aufmerksam, die selbst in der neuen Ausgabe des du Cange nicht vorkommt, da er aber keine alten Exemplare solcher Büchlein hatte, so konnte er weder ihre Beschaffenheit noch ihren Zweck genauer angeben. Gregor Turon. de vit. patr.* 16 *quadam dominica ad missarum celebranda sollemnia invitatur, dixitque fratribus: iam oculi mei caligine obteguntur, nec possum libellum aspicere. Dieser libellus war also ein Messbuch in kleinem Format, der aus wenigen Blättern bestand. Von Sidonius Apollinaris sagt er histor. Francor.* 2, 22 *ablato sibi nequiter libello, etc. p.* 29. *Sidonius konnte also die Messe auswendig, und die folgenden Texte zeigen, dass die Priester überhaupt die ständigen Messgebete auswendig können mussten.*“ Huiusmodi li-

bellum conficiunt Missae Gallicanae venerandae antiquitatis, ex Monii sententia circa 180—200, saltem inter Diocletiani persecutionem compositae, quas Summus Vir nuper e codice Reichenoviensi palimpsesto resuscitavit. Unum exhibent officium de Sanctis, nimirum de S. Germano: in reliquis opinor Missas Dominicales. At recurret huius codicis mentio, cui pro ea quae nobis est in doctissimum virum observantia, nomen dedimus Moniani.

Postmodum et statae Missae preces non amplius afuerunt a literis. Quod apud Orientales factum esse puto saeculo quarto et quinto. Flagitabat enim Ariana haeresis et aliae quae ab hac radice pullularent, ut hominibus, callide auctoritatem antiquissimae ecclesiae adfectantibus, inter alia priscae sinceritatis testimonia obiiceretur quoque prisca liturgia, apostolicae doctrinae testis. In occidentali ecclesia, non ita haeresiarcharum procellis turbata, multo serius tota Missa literis perscripta est. Neque tamen largior tibi Missales libros, omnes missae partes una complectentes: adhibebantur in Missarum solemnibus libri diversi et statarum precum et earum quae pro tempore variabant, testimonia, Diptycha e. a. ut hodieque apud Graecos et apud Latinum in Missa sollemni et Pontificali. Missalia quae vocantur Plenaria recentioris aetatis sunt.[1])

Itaque ex Liturgiis scriptis, quae aetatem tulerunt, ne antiquissimae quidem superant saeculum quintum et quartum. At cave confundas quod bene est distingendum, aliud sane esse liturgiam componere, aliud eam literis consignare. Haec ipsa perversitas, quae miscebat scriptores liturgiarum et auctores tortuosam de antiquitate earum et auctoritate quaestionem coniecit in tricas, quibus etiamnunc involuta est.

Omnis Liturgia, saeculo quarto et quinto scripta, quoad originem et stirpem, dividitur in partes tres. Veniamus ad cuiusque generis caput et fontem.

Gratiarum actio proxime ante Consecrationem, ipsa Consecratio et distributionis formula originem traxerunt ab apostolis vel ab apostolo et apostolico viro, cuius nomen liturgiae praefixum est.

Secunda pars continet preces liturgicae tabulae, supra praepositae

---

1) De libris ecclesiasticis Graecorum infra disserendum est. Quod ad Latinos vetustae consuetudinis vestigia ostendunt tres illae tabulae quae in altaribus celebrantium commoditati inserviunt. Exhibent Hymnum angelicum, Psalmum Lavabo, Consecrationem et Evangelium S. Ioannis itaque praeter librum Missalem quasi secundum librum efficiunt statarum formularum. In Mozarabum Missa, dum cantatur Evangelium ad altare defertur Missale Offerentium, quod complectitur Missam fidelium. Muratorius Lit. Rom. I. p. 82 „Nos omnia in Missalibus nostris coniunctas habemus. At nullus quem noscam missaleum conscriptum ante annum Christi millesimum quisquam adhuc exeruit, in quo universus iste sacrorum adparatus coagmentetur et per ordinem distributus legatur.“

p. 18, insertas quibus inde a saeculo secundo et tertio, veluti statis et sollemnibus uti assuevit ea metropolis, ad quam officium divinum pertinet. Ut exemplum afferam, Liturgia S. Marci in Consecratione apostolica, in reliquis partibus, quoad conspirant cum vetustissima illa Missa, ostendit ritus Alexandrinos, liturgia S. Iacobi Hierosolymitanos e. a.

Restat pars liturgiae novitia, preces quae postea accesserunt, praesertim in exordio missae et eius peroratione, dein Diptychῶν periodus. Etenim hanc ea ratione conformavit scriptor, qua ipsius tempore recitabatur in ecclesiis. Recte agnoscitur ex hoc novitate aetas, qua liturgicus liber literis mandatus sit, sed quod attinet ad reliquarum precum originem, nulla conclusio est.[1])

Quae suprae disseruimus simul ostendunt nostram sententiam de Liturgiarum auctoritate. Sunt enim in precibus quae arctiore sensu dicuntur eucharisticae, apostolicae sinceritatis monumenta; in aliis orationibus praebent fidei christianae firmissima et sanctissima testimonia. Diptycha et quae accesserunt praesertim in exordio Missae e. a. multis audiunt recentiorum temporum commenta, variis contaminata superstitionibus: ut nobis placet, et haec testantur provectiorem ecclesiae, aetatem eamque Athanasii, Augustini, Chrysostomi luminibus illustratam.[2])

---

1) Mone l. c. p. 70 „Die Liturgien des ersten Jahrhunderts werden zwar dem heiligen Petrus, Jakobus und Markus zugeschrieben, sind aber in ihrer jetzigen Gestalt nicht von ihnen. Zu läugnen ist es nicht, dass es zur Zeit jener Heiligen Liturgien gab, und dass die Kirchen, welche von ihnen gestiftet wurden, die Liturgie ihrer Gründer befolgten. Aber der Gottesdienst wurde mit dem öffentlichen Auftreten des Christenthums erweitert, dadurch erhielten die Liturgien Zusätze mancher Art, so dass sie mit Interpolationen überladen sind.“ Nostri muneris erit infra significare et apostolicae liturgiae partes, et trium priorum saeculorum traditiones, denique saeculi quarti et quinti accessiones.

2) Adeas Renaldotium singulari capite de liturgianum auctoritate disputantem XLVII—LXII. Pfaff de Lit. p. 4. 5: Quamvis autem omnes hae liturgiae ab iis conconscriptae haud sint, quorum nomina praeferunt, maximae tamen auctoritatis eas nemo, qui sapit, dubitaverit cum iam antiquissimis temporibus in ecclesias Orientalibus praecipuis fuerint usitatae. Ita liturgiam Iacobi esse Hierosolymitanam, Marci Alexandrinam, Petri Romanam (?) atque his in ecclesiis pridem easdem singulas obtinuisse iamiam indicare coepimus. Quod vero si ita est apparet, haud spernenda omnino esse, quae ex hisce liturgiis pro fide veteris ecclesiae depromantur argumenta. Neale Tetral. Lit. p. XXV: Nec ideo ab apostolis quorum prae se nomina ferunt compositas fuisse asserere ausi fuerimus: at traditionem ab iis receptam servasse et amplificasse, veluti, melodia eadem manente, innumerae inde possunt oriri harmoniae inflexiones.

§. 5.

DE LITURGIARUM FAMILIIS.

Effectum est praestantissimorum virorum praeclara eruditione et doctrina, ut magnum Liturgiarum et Graecorum et Orientalium numerum habeamus perspectum, cognitum, iudicatum. Restat tamen, quod in tanta librorum copia vehementer expectamus et desideramus. Permultae liturgiae propinquitate sibi coniunctae sunt atque natura: itaque maximi momenti est ostendere prosapiam et sic familiarum originem subtexere, ut ex eo singulorum librorum propagines possint cognosci. Transscribemus primum Rheinwaldii (Kirchl. Archaeol. p. 353 sq.) acris et industrii in digerenda et disponenda officiorum multitudine viri, verba.

„Von den Liturgieen einzelner Kirchenprovinzen kennen wir aus der orientalischen Kirche I. die Palästinische (Metropole Jerusalem) aus den Werken des Cyrill. Hierosol.; bes. Catech. Mystagog. V. Vgl. in den Opp. Cyrill. die Admonitio p. 323 ff. Verwandt mit derselben sind die liturgischen Anordnungen der Constitt. App. so wie die bei den Syrischen Monophysiten (Jacobiten) gebräuchliche sogenannte Liturgia S. Jacobi. II. Die Kleinasiatisch-Cappadocische (M. Cäsarea). Ein kleines Fragment derselben bei Petrus, Diacon. African. um 520 in dem Liber de incarnatione et gratia Christi ad Fulgentium c. 8 (Galland. Bibl. PP. T. XI. p. 230): beatus Basilius Caesariensis Episcopus in oratione sacra altaris, quam pene universus frequentat oriens, inter cetera: Dona, inquit, domine, virtutem ac tutamentum: malos, quaesumus, bonos facito, bonos in bonitate conserva, omnia enim potes, nec est qui contradicat tibi; cum enim volueris salvas, et nullus resistit voluntati tuae. Diesem entspricht in der Liturgie des Pseudo-Basilius (Goar. p. 146) die Stelle in einem Gebet: τοὺς ἀγαθοὺς ἐν τῇ ἀγαθότητί σου διατήρησον· τοὺς πονηροὺς, ἀγαθοὺς ποίησον ἐν τῇ χρηστότητί σου. — Dem für das Liturgische sehr thätigen Basilius (Gregor. Naz. or. 20 in laudem Basil. rühmt von ihm εὐχῶν διατάξεις καὶ εὐκοσμίας τοῦ βήματος.) legte die spätere Zeit die Abfassung oder Niederschreibung einer Liturgie bei, welche in der orientalischen Kirche, besonders bei den ägyptischen Monophysiten (Copten) vielen Eingang fand. Sie ist in verschiedenen Recensionen vorhanden bei Renaudot. T. I. p. 57 vgl. p. 1; nach ihm in den Opp. Basil. T. II. p. 674 ff. — und bei Goar. Euchol. p. 135 ff. Ueber Alter und Entstehung s. Renaudot. T. I. p. XXXVI ff. — Eine Spur der Cyprischen Liturgie (M. Salamis) bei Epiphanius in der Epistola ad Ioann. Hierosol. ex vers. Hieronymi (Opp. T. II. p. 313): Quidam dixerunt, quod in oratione, quando offerimus sacrificia Deo, soleamus pro te dicere: Domine praesta Ioanni, ut recte credat.

Noli nos in tantum putare rusticos, ut hoc tam aperte dicere potuerimus. — Quando autem complemus orationem secundum ritum mysteriorum, et pro omnibus et pro te quoque dicimus, custodi illum qui praedicat veritatem, vel certe ita: tu praesta domine, et custodi, ut ille verbum praedicet veritatis: sicut occasio sermonis se tulerit et habuerit oratio consequentiam. III. Die Syrische (M. Antiochia). Viele Fragmente bei Chrysostomus in den ächten Werken. (Sie sind zusammengestellt von Bingham, Bd. V. p. 193 *ff.). — Auch von ihr sind sehr abweichende Texte vorhanden. Goar. Euchnašolog. p.* 95. *Vgl. die Edd. der Opp. Chrysostom., von Morel, Savil, Montfaucon (bei letzterem nach Goar. p.* 47 *ff.). IV. Die Aegyptische (M. Alexandria).*[1]) *Wahrscheinlich Spuren derselben bei Pseudo-Dionysius Areop. περὶ ἐκκλησιαστ. ἱεραρχίας. Die bei ihm vorkommenden liturgischen Bestandtheile sind verwandt mit der (dem Marcus, als angeblichen Stifter der Alexandr. Kirche zugeschriebenen) Liturgie der orthodoxen alexandrinischen Kirche, bei Renaudot T. I. p.* 131 *ff. Sie ist nach Renaudot de Coptitarum Alexandrin. Liturgiis (l. c. T. I. p. LXXX) im Wesentlichen identisch mit der dem Cyrill. Alex. beigelegten Liturgie, welche von den Aegyptischen Monophysiten gebraucht wurde, zugleich mit der Liturgia Pseudo-Basilii und einer Liturgia Pseudo-Gregorii Nazianzeni*[2]) *(sämmtlich bei Renaudot l. c. T. I. p.* 90 *ff.).*“

---

1) Böhmer l. c. p. 205: „Zählt Rheinwald die ägyptische Liturgie zu denen der orientalischen Kirche, und p. 355 die nordafricanische zu den der occidentalischen: so ist es angemessener, die ägyptische (= alexandrinische) gleich der nordafricanischen (d. i. karthaginischen) unter die Rubrik: liturgiae meridionales, als eine gemeinschaftliche Rubrik, zu bringen.“ At vero praeter geographicam rationem nullum est affinitatis vinculum inter Aegyptiacam liturgiam et Africanam, Romanis officiis coniunctissimam. Cf. Mone l. c. p. 73 sqq.

2) Böhmer l. c. p. 205: „Die in Aegypten sich aufhaltenden Copten hatten ausser der basilianischen Liturgie und einer angeblich vom alexandrinischen Cyrill concipirten, die sogenannte Liturgie des Theologen Gregorius. Ob die letztgenannte ihren Titel mit Recht führte, darüber lässt sich disputiren. Zwar betrifft sie vornehmlich die Person des eingebornen und ewigen Sohnes, seine Incarnation, Kreuzigung, Passion, sein Begräbniss, seine Auferstehung von den Todten und Ascension in die Himmel, seine Ankunft zum Gerichte der Lebendigen und der Todten (s. c. 85 des Buches scientia ecclesiastica, das in Renaudot's collect. liturgiar. oriental. tom. I. beschlossen ist). Zwar wird in der 19. orat. des Nazianzeners wenigstens sein Vater als *„ἐπείπων τὰ τῆς εὐχαριστίας ῥήματα οὕτως ὡς συνηθὲς“* geschildert. Indess hätte der Nazianzener wirklich eine Liturgie, oder, wie man meint, eine Epitome der basilianischen ausgearbeitet: so würden Andeutungen davon, zu welchen Gelegenheiten genug sich darboten, in den Orationen des Nazianzeners oder in Producten seiner Zeitgenossen sich herausstellen. Der Umstand, dass er als begeisterter Apologet des Lehrstückes, Christus sei der geoffenbarte Gott oder wahrer Gottessohn, auftrat, mag die Copten bewogen haben, auf diesen Gregor jene Liturgie zurückzuführen.“

At perspicuitate et evidentia eminet ea liturgiarum dispositio quam doctissimis operibus suasit nobis I. M. Neale, rerum sacrarum orientalium hac nostra aetate longe peritissimus, quem doctorem veneror atque amicum.[1])

„In endeavouring to treat compendiously so vast a subject as the Liturgies of the Oriental Church, it will be better to class them in the three great families into which they naturally divide themselves, rather than to arrange them according to any other division. I might indeed treat separately of heretical and orthodox offices, but I should gain little by such a plan, as, except in some few marked phrases, and often not even in these, the Nestorian or Jacobite are as orthodox as Catholic rites.

It is usually held that the whole body of Eastern and Western Liturgies may be divided into four branches; the Roman, the Gallican, that of Alexandria, and that of Jerusalem;[1]) the Clementine, though entirely differing from these, can hardly be classed as a separate family, since it never was used by any Church, and never produced any offshoots. I shall endeavour presently, however, to shew that a fifth Liturgical family, which may be denominated that of the East, or of Persia, or of Edessa, exists, in a corrupted state, in the present offices of the Nestorians. The three grand Oriental divisions, therefore, will be, that of Jerusalem, or of S. James; that of Alexandria, or of S. Mark; and that of Edessa, or of S. Thaddaeus. — —

It will be necessary to observe, in the first place, that all Oriental Liturgies are divided into two portions, that preceding, and that following, the *Sursum Corda;* the proanaphoral part, and the anaphora. In every Liturgical family there is one Liturgy, (or at most two,) which supplies the former or proanaphoral portion to all the others; and such

---

1) Praeter Tetralogiam Liturgicam quam saepius commemoravimus, Neale aggressus est opus magnae molis et stupendae eruditionis: A History of the Holy Eastern Church, Duo priora volumina, quae exhibent Introductionem generalem prodierunt Londini 1850. Sequetur Historia Patriarchatus Alexandrini sex libris descripta, dein Patriarcharum Hierosolymitanorum et Antiochenorum. Quae supra scripta sunt pertinent ad Introductionis Librum Tertium, cap. I. General Classification of Eastern Liturgies p. 317—335. Item adiecimus tabulam a doctissimo Viro exaratam aptam ad perspiciendam Liturgiarum prosapiam. Dissentimus tamen in Liturgia Clementina quam Antiochenae et Hierosolymitanae ducimus cognatam. Infra ad hanc quaestionem redeundum erit.

1) Ego proposuerim aliam divisionem, ut puto, simpliciorem. A. Liturgiae Orientales α) γνήσιαι Clementina, S. Iacobi, S. Marci, S. Thaddaei β) νόθοι: Gallicana, Ambrosiana, Mozarabica. B. Liturgiae Occidentales, Romana et Africana.

Liturgies we may call the normal offices of that family; the others, both in MSS. and printed editions, commence with 'The Prayer of the Kiss of Peace,' the preface to the anaphora.[1]) Thus, though in the present chapter I shall have occasion to mention some sixty Liturgies, i. e. anaphorae, we shall not find above twelve offices which contain a separate proanaphoral portion. I now proceed to a consideration of the Liturgies of the East, or the Nestorians.

There are three of these; that of the Apostles S. Adaeus and S. Maris, that of Nestorius, and that of Theodore the Interpreter. Now that of Nestorius is, in part, older than the Council of Ephesus, (A. D. 431,) for it is certain that after that period the Nestorians would not have adopted any rite from Constantinople. But either from that, or from the Liturgy of S. Basil, one remarkable expression is derived; after the prayer of invocation, or the petition that the bread and wine may, by the operation of the Holy Ghost, become the Body and Blood of our Lord Jesus Christ, the Caesarean and Constantinopolitan rites add, what is unknown to that of S. James, "changing them by the Holy Ghost." This occurs in no other form but the Armenian, and therefore proves that as that, so the Nestorian, must have been derived from Constantinople, *i. e.* must have a groundwork earlier than 431. More especially is this the case in the expression I have just quoted, because the views of the Nestorians respecting the Holy Eucharist have been, since the time of the arch-heretic to the present day, lamentably low, and therefore never would have led them to use the phrase mentioned above, unless there had been some strong influence in its favour. Once let this be granted, that the framework of the Liturgy of Nestorius is of the date I have just assigned to it, and it matters not, for my argument, how much, in the lapse of ages, it has been altered. Now it is certain that when the Nestorians, after their condemnation in the Council of Ephesus, and subsequently by the Emperor, sought, in great numbers, an asylum in Persia, they must have found a Liturgy of some sort established there. And there is every appearance that the Liturgy of the Apostles, as we now have it, was, to all intents and purposes, that form.

For the office of Nestorius borrows from it the proanaphoral portion; and therefore it follows that, in the earlier part of the fifthc entury, the Liturgy of the Apostles was of old established use in the East. Its very name of S. Adaeus (or S. Thaddaeus) shews its Persian origin; strangers would never have so called it, nor if they had, could they have

---

1) Similiter multi vetustissimi codices occidentalis ecclesiae ordiuntur a Praefatione Cod. Lit. I. p. 31.

imposed on the inhabitants of that country a form of which they had never heard, under the name of the Illuminators of that region. And we find that since the second century, and the Episcopate of Schahlufa, the Catholicate of Seleucia had been able to hold but little intercourse with the Christians of the Roman Empire; they must therefore either have had the Liturgy of S. James, and after the time of their separation have rejected it, and formed another office from their own fancy; or they must have had a primitive Liturgy from their own Apostles, to which they steadfastly clung. But is it likely that this change could have taken place, when a great school like that of Edessa, existed, ready to notice and to condemn it? Is it likely that no expressions of an unsound nature should have been inserted in the substituted offices, shadowing forth the heterodox belief of its compilers, on the subject of the Incarnation? Yet the Liturgy of the Apostles has not a taint of Nestorianism, though (and it is worthy of notice) that of Nestorius has. Is it likely that had such a total change of Liturgy taken place among the Christians of the far East, it should never have been cast in their teeth by the opponents of Nestorianism?

Again, the Liturgy of the Apostles differs far more widely (as we shall hereafter see) from the other Liturgical families, than any of them from each other. It bears every mark of the remotest age; it is simple, stern, entirely unlike the pompous effusions of later writers, and, from its structure, evidently incapable of being derived from any amplification or change of the offices of Caesarea or Jerusalem. Compare this with the Liturgies of another isolated Church. the Ethiopian; *that* has developed the normal Liturgy of Copto-Jacobite S. Basil into a strange arabesque work of conceits. Why should not the Persians have done the same to their own normal rite, if they had any besides that which they now possess? In one word, why should the East have rejected its primitive Liturgy? Why, if it did, should it not, in the new form, have symbolized its doctrinal errors? How could it preserve the severe simplicity of primitive times? Why was it never taunted with the change?

The only objection which has been urged against the primitive antiquity of the Nestorian Liturgy, is thus stated by Mr. Palmer: [1]) "Ephraem Syrus, who lived at Edessa, the very centre of Apostolical preaching, before the rise of Nestorianism, gives an account of the Liturgy, which is totally at variance with all the Nestorian Liturgies. The three Nestorian Liturgies concur in placing the general prayers for all men *before* the Invocation of the Holy Ghost; while the ancient prayers of Edessa,

---

1) Cod. Lit. III. p. 298 ac dein saepissime.

as described by Ephraem Syrus, placed the general prayers *after* the Invocation of the Holy Ghost."

To this there are two very easy answers. The first is that, granting Mr. Palmer's statement correct, it by no means proves the point. The change of the *place* of a prayer was no unusual occurrence in Liturgies; thus, in the present Roman Mass, prayer is not made for the departed till after the consecration; in the Gelasian Sacramentary, it was made before. Are the two offices, therefore, to all intents and purposes, not the same? So in the Church of Constantinople, at least as late as A. D. 536, the diptychs preceded consecration; they now follow it; yet the Liturgy of that time and of this is almost word for word the same. This is just a parallel case to that which we are considering.

1) Faustus Arevalus ad Missam Mozarabum, in qua eadem vox recurrit haec profert: „Est haec in omnibus Graecorum et orientalium liturgiis notissima formula. S. Cyrillus Hierosolymitanus (Cat. Myst. 5): Sacerdos dicit, Sancta sanctis; et vos subiicitis, Unus Sanctus, unus Dominus Iesus Christus. Constitutiones Apostolicae (lib. VIII. c. 13). Liturgia S. Chrysostomi: Clamat sacerdos, Sancta sanctis; chorus, Unus Sanctus, unus Dominus Iesus Christus in gloriam Dei Patris. In Liturgia S. Iacobi: Sacerdos, Sancta sanctis clamat; et populus, Unus Sanctus, unus Dominus Iesus Christus in gloriam Dei Patris, cui gloria in saecula saeculorum. Amen. In liturgia Graeca Alexandrina S. Basilii, sacerdos elevat spodicon, sive partem maiorem hostiae consecratae (quae in aliis rubricis despoticon dicitur, nimirum Corpus Dominicum), et clamat, Sancta sanctis; et populus, Unus Pater sanctus, unus Filius sanctus, unus Spiritus Sanctus; atque ita in liturgiis Copticis, Syriacis, Aethiopicis, Chaldaeis, et Graecis Alexandrinis, in quarum nonnullis confessioni Trinitatis additur doxologia, in aliis prolixior, brevior in aliis; in omnibus tamen, tam Graecorum quam orientalium, liturgiis Sancta sanctis elata voce profertur. Atque ita prolatum fuisse apud Gotho-Hispanos et Gallos, ut a toto populo audiri potuerit, mihi certum est, quamvis rubrica nostri missalis praescribat ut submissa voce dicatur; nam modo partem efficit orationis quam ad commixtionem Corporis et Sanguinis Domini fundunt. Ast olim ab ea oratione seiunctum erat; et populus vel chorus post dictum Sancta sanctis quaedam canebat, quae missali nostro omnino exciderunt. Suspicor tamen post Sancta sanctis id cantatum fuisse quod Galli Trecanum appellabant, complectebaturque fidei catholicae confessionem de unius Deitatis trium personarum distinctione, optimum contra haereses Arianorum et Priscillianistarum antidotum. 'Trecanum vero quod psallitur, inquid S. Germanus, signum est Catholicae fidei de Trinitatis credulitate procedere; sic enim prima in secunda, secunda in tertia, et rursum tertia in secunda, et secunda notatur in prima, ita Pater in Filio mysterium Trinitatis complectitur, Pater in Filio, Filius in Spiritu Sancto, Spiritus Sanctus in Filio, et Filius rursus in Patre.' Unde patet hanc Trinitatis confessionem haud absimilem esse illi quam post Sancta sanctis populus in oriente proferebat, Unus Pater sanctus, unus Filius sanctus, unus Spiritus Sanctus, etc. In pervetusto codice insignis Ecclesiae Andegavensis, teste Martenio, de Antiq. Eccl. Ritib. lib. I. cap. 4. art. 9. n. 2 ad hostiae in calicem immissionem leguntur haec verba, Sanctum cum sanctis: haec sacrosancta commixtio etc.; et in altero eiusdem Ecclesiae missali, Sancta cum sanctis et commixtio Corporis et Sanguinis Domini nostri Iesu Christi prosit edentibus et bibentibus in vitam aeternam. Amen. Quae a vetusto Gallicano ritu profecta esse facile est dignoscere."

θρώποις εὐδοκία.[1]) *Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου θεὸς κύριος καὶ ἐπεφάνη ἡμῖν. Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.*

XIX. *Καὶ μετὰ τοῦτο μεταλαμβανέτω ὁ ἐπίσκοπος, ἔπειτα οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι [καὶ ὑποδιάκονοι] καὶ οἱ ἀναγνῶσται καὶ οἱ ψάλται [καὶ οἱ ἀσκηταὶ] καὶ ἐν ταῖς γυναιξὶν αἱ διακόνισσαι καὶ αἱ παρθένοι καὶ αἱ χῆραι, εἶτα τὰ παιδία καὶ τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τάξιν καὶ μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας ἄνευ θορύβου.*

Καὶ ὁ μὲν ἐπίσκοπος διδότω τὴν προσφορὰν, λέγων·

Σῶμα Χριστοῦ.[2])

Καὶ ὁ δεχόμενος λεγέτω· ἀμήν.

Ὁ δὲ διάκονος κατεχέτω τὸ ποτήριον καὶ ἐπιδιδοὺς λεγέτω·

Αἷμα Χριστοῦ, ποτήριον ζωῆς.

Καὶ ὁ πίνων λεγέτω· ἀμήν.

Ψαλμὸς δὲ λεγέσθω τριακοστὸς τρίτος ἐν τῷ μεταλαμβάνειν[3]) *πάντας τοὺς λοιποὺς καὶ ὅταν πάντες μεταλάβωσι καὶ πᾶσαι, λαβόντες οἱ διάκονοι τὰ περισσεύσαντα εἰςφερέτωσαν εἰς τὰ παστοφόρια.*

XX. *Καὶ ὁ διάκονος λεγέτω, παυσαμένου τοῦ ψάλλοντος·* Μεταλαβόντες τοῦ τιμίου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ

---

1) Chrysost. Hom. 3 in Coloss.: *εὐχαριστοῦντες λέγομεν δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.* Hom. 9 in Coloss. Hom. 68 in Matth.

2) Recte Böhmer l. c. p. 382: „Binterim Dkwd. IV, 2, 221 von dem, durch den Bischof bei dem Ertheilen des Brotes gesprochenen Worte: „Christi Leib!": „Dies ist wahrscheinlich nur der Anfang der Austheilungsformel"! Aber Binterim's „wahrscheinlich" ist ein historisch unbegründetes. Je conciser und dessenungeachtet bedeutungsvoller die priesterliche Formel: Christi Leib! (deren auch Pseudoambrosius lib. IV. c. 5 de sacramt. gedenkt) war, einen desto tieferen Eindruck musste sie auf den empfänglichen Communicanten machen, desto heilsamere Wirkungen bei ihm zurücklassen, der durch sein Amen! das Geständniss, das Brot sei Christi wahrer Leib, ablegte." — Cyrillus l. c.: *προσιὼν μὴ τεταμένοις τοῖς τῶν χειρῶν καρποῖς προσέρχου, μηδὲ διῃρημένοις τοῖς δακτύλοις, ἀλλὰ τὴν ἀριστερὰν θρόνον ποιήσας τῇ δεξιᾷ, ὡς μελλούσῃ βασιλέα ὑποδέχεσθαι. καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην δέχου τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ.— Προσέχων μὴ παραπολέσῃς τι ἐκ τούτου αὐτοῦ.— εἶτα προσέρχου καὶ τῷ ποτηρίῳ τοῦ αἵματος, μὴ ἀνατείνων τὰς χεῖρας, ἀλλὰ κύπτων, καὶ τρόπῳ προσκυνήσεως καὶ σεβάσματος λέγων τὸ Ἀμήν. — ἔτι δὲ τῆς νοτίδος ἐνούσης τοῖς χείλεσί σου, χερσὶν ἐπαφώμενος καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ μέτωπον καὶ τὰ λοιπὰ ἁγίαζε αἰσθητήρια.*

3) Cyrillus Catech. Mystagog. ult.: *μετὰ ταῦτα ἀκούετε τοῦ ψάλλοντος μετὰ μέλους θείου, προτρεπομένου ἡμᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν ἁγίων μυστηρίων καὶ λέγοντος· Γεύσασθε καὶ ἴδετε κτλ.* Chrysostomus centesimum quadragesimum quintum Psalmum ista occasione cantatum esse asserit. Missa Mozarab. Cod. Lit. I. p. 101.

Χριστοῦ, εὐχαριστήσωμεν τῷ καταξιώσαντι ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων αὐτοῦ μυστηρίων, καὶ παρακαλέσωμεν, μὴ εἰς κρίμα (1 Cor. 11, 29), ἀλλ' εἰς σωτηρίαν ἡμῖν γενέσθαι, εἰς ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος, εἰς φυλακὴν εὐσεβείας, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος· ἐγειρώμεθα. ἐν χάριτι Χριστοῦ ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ Θεῷ,[1]) καὶ τῷ Χριστῷ αὐτοῦ παραθώμεθα.[2])

XXI. Καὶ ὁ ἐπίσκοπος εὐχαριστείτω· Δέσποτα ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτορ, ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ σου τοῦ εὐλογητοῦ παιδὸς, ὁ τῶν μετ' εὐθύτητος ἐπικαλουμένων σε ἐπήκοος, ὁ καὶ τῶν σιωπώντων ἐπιστάμενος τὰς ἐντεύξεις· εὐχαριστοῦμέν σοι, ὅτι κατηξίωσας ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων σου μυστηρίων, ἃ παρέσχου ἡμῖν, εἰς πληροφορίαν τῶν καλῶς ἐγνωσμένων, εἰς φυλακὴν τῆς εὐσεβείας, εἰς ἄφεσιν πλημμελημάτων· ὅτι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ σου ἐπικέκληται ἐφ' ἡμᾶς, καί σοι προσῳκειώμεθα· ὁ χωρίσας ἡμᾶς τῆς τῶν ἀσεβῶν κοινωνίας, ἕνωσον ἡμᾶς μετὰ τῶν καθωσιωμένων σοι, στήριξον ἡμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοιτήσει, τὰ ἀγνοούμενα ἀποκάλυψον, τὰ λείποντα προσαναπλήρωσον, τὰ ἐγνωσμένα κράτυνον· τοὺς ἱερεῖς ἀμώμους διαφύλαξον ἐν τῇ λατρείᾳ σου· τοὺς βασιλεῖς διατήρησον ἐν εἰρήνῃ, τοὺς ἄρχοντας ἐν δικαιοσύνῃ, τοὺς ἀέρας ἐν εὐκρασίᾳ, τοὺς καρποὺς ἐν εὐφορίᾳ, τὸν κόσμον ἐν παναλκεῖ προνοίᾳ. τὰ ἔθνη τὰ πολεμικὰ πράϋνον· τὰ πεπλανημένα ἐπίστρεψον, τὸν λαόν σου ἁγίασον· τοὺς ἐν παρθενίᾳ διατήρησον· τοὺς ἐν γάμῳ διαφύλαξον ἐν πίστει· τοὺς ἐν ἁγνείᾳ ἐνδυνάμωσον· τὰ νήπια ἅδρυνον· τοὺς νεοτελεῖς βεβαίωσον· τοὺς ἐν κατηχήσει παίδευσον, καὶ τῆς μυήσεως ἀξίους ἀνάδειξον· καὶ πάντας ἡμᾶς ἐπισυνάγαγε εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.[3])

---

1) Desunt verba τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ θεῷ in Cod. Vindobensi. Clericus Arianorum odoratur opiniones.

2) v. Drey l. c. p. 111: „Dies Gebet findet sich fast wörtlich im römischen Messbuch unmittelbar vor der Communion. Perceptio Corporis tui, Domine Iesu Christe, quod ego indignus sumere praesumo, non mihi proveniat in iudicium et condemnationem, sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis et ad medelam percipiendam.“

3) v. Drey l. c. p. 111: „Dies Gebet ist so ganz im Geist und der Bedeutung der christlichen Abendmahlsfeier, und zugleich so einfach und herzlich in den Worten, dass

XXII. *Καὶ ὁ διάκονος λεγέτω·* Τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ κλίνατε καὶ εὐλογεῖσθε.

Καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχέσθω, λέγων· Ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀληθινὸς καὶ ἀσύγκριτος, ὁ πανταχοῦ ὢν καὶ τοῖς πᾶσι παρὼν καὶ ἐν οὐδενὶ ὡς ἐνόντι ὑπάρχων, ὁ τόποις μὴ περιγραφόμενος, ὁ χρόνοις μὴ παλαιούμενος, ὁ αἰῶσι μὴ περατούμενος, ὁ λόγοις μὴ παραγόμενος, ὁ γενέσει μὴ ὑποκείμεμος, ὁ φυλακῆς μὴ δεόμενος, ὁ φθορᾶς ἀνώτερος, ὁ τροπῆς ἀνεπίδεκτος, ὁ φύσει ἀναλλοίωτος, ὁ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον (1 Tim. 6, 16), ὁ τῇ φύσει ἀόρατος, ὁ γνωστὸς πάσαις ταῖς μετ' εὐνοίας ἐκζητούσαις σε λογικαῖς φύσεσιν, ὁ καταλαμβανόμενος ὑπὸ τῶν ἐν εὐνοίᾳ ἐπιζητούντων σε· ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, τοῦ ἀληθινῶς ὁρῶντος, τοῦ εἰς Χριστὸν πιστεύσαντος λαοῦ σου· εὐμενὴς γενόμενος ἐπάκουσόν μου διὰ τὸ ὄνομά σου, καὶ εὐλόγησον τούς σοι κεκλικότας τοὺς ἑαυτῶν αὐχένας, καὶ δὸς αὐτοῖς τὰ αἰτήματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν τὰ ἐπὶ συμφέροντι, καὶ μηδένα αὐτῶν ἀπόβλητον ποιήσῃς ἐκ τῆς βασιλείας σου, ἀλλὰ ἁγίασον αὐτοὺς, φρούρησον, σκέπασον, ἀντιλαβοῦ, ῥῦσαι τοῦ ἀλλοτρίου, καὶ παντὸς ἐχθροῦ, τοὺς οἴκους αὐτῶν φύλαξον, τὰς εἰςόδους αὐτῶν καὶ τὰς ἐξόδους φρούρησον· ὅτι σοι δόξα, αἶνος, μεγαλοπρέπεια, σέβας, προςκύνησις, καὶ τῷ σῷ παιδὶ Ἰησοῦ τῷ Χριστῷ σου τῷ κυρίῳ ἡμῶν καὶ Θεῷ καὶ βασιλεῖ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

---

es jetzt noch bei Gelegenheiten, wo ein bedeutender Theil der Gemeinde zum Tisch des Herrn gehet, gebraucht werden könnte."

1) Chrysostom. Hom. de Baptismo: *τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; τοῦ Χριστοῦ παρόντος, τῶν ἀγγέλων παρεστώτων, τῆς φρικτῆς ταύτης τραπέζης προκειμένης, τῶν ἀδελφῶν σου μυσταγωγουμένων ἔτι, αὐτὸς καταλιπὼν ἀποπηδᾷς; καὶ ἐπὶ δεῖπνον μὲν εἰ κληθῇς, κἂν πρότερον κορεσθῇς, οὐ τολμᾷς τῶν ἄλλων ἀνακειμένων ἀναχωρῆσαι πρὸ τῶν φίλων αὐτός. ἐνταῦθα δὲ τῶν φρικτῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων ἐπιτελομένων, τῆς ἱερᾶς τελετῆς συνεστώσης ἔτι, καταλιμπάνεις ἐν μέσῳ πάντα καὶ ἀναχωρεῖς. καὶ ποῦ ταῦτα συγγνώμης ἄξια; ποίας δὲ ἀπολογίας; βούλεσθε εἴπω, τίνος ἔργον ποιοῦσιν οἱ πρὸ τῆς συμπληρώσεως ἀναχωροῦντες, καὶ τὰς εὐχαριστηρίους ᾠδὰς οὐκ ἐπιφέροντες τῷ τέλει τῆς τραπέζης; — ὅτε ἐκοινώνησε τὸ ἔσχατον δεῖπνον ὁ Ἰούδας, τὸ κατὰ τὴν τελευταίαν νύκτα ἐκείνην, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνακειμένων αὐτὸς προπηδήσας ἐξέβη. ἐκεῖνον τοίνυν μιμοῦνται καὶ οὗτοι, οἱ πρὸ τῆς ἐσχάτης ἀποπηδῶντες εὐχαριστίας. ἐκεῖνος γὰρ εἰ μὴ κατέλιπε τοὺς συμμαθητὰς, οὐκ ἂν ἀπώλετο.* Pseudo-Dionys. Areop. l. c.: *μετασχὼν καὶ μεταδιδοὺς (ὁ ἱεράρχης) κοινωνίας, εἰς εὐχαριστίαν ἱερὰν καταλήγει.*

XXIII. Καὶ ὁ διάκονος ἐρεῖ· Ἀπολύεσθε ἐν εἰρήνῃ.

[Ταῦτα περὶ τῆς μυστικῆς λατρείας διατασσόμεθα ἡμεῖς οἱ ἀπόστολοι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς διακόνοις.] 1)

---

1) Miramur, nunc omnibus Apostolis tribui, quod supra ad Iacobum relatum est. Fortasse usus est auctor Liturgia eucharistica omnium Apostolorum auctoritate insignita: placuit tamen ipsi solius Iacobi nomen superscribere, ne ullus ex apostolorum numero propria et apta careat *διατάξει* cf. p. 48.

CAPUT II.

LITURGIA S. IACOBI.

Ab omni vetustate accepta est opinio ecclesiae, S. Iacobum Apostolum eumque fratrem Domini curas suas defixisse in divina liturgia. Quod probat eius qui Constitutiones digessit doctrina, etsi Missam Fidelium perperam revocavit ad Iacobum maiorem; probat Epiphanius, qui Haer. 79 Iacobum fecit *κατὰ τὴν γῆν ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον καὶ μυστηρίων ἀρχηγέτην.* Sane vero aliud est referre ad Iacobum rerum liturgicarum sollicitudinem, aliud eundem apostolum liturgiae satis prolixae venditare auctorem. Inclinat ad hanc sententiam Proclus, Constantinopolitanus patriarcha († 446), si putandus est auctor apospasmatii *περὶ παραδόσεως τῆς θείας λειτουργίας*: collocat enim in eorum numero, qui mysteriorum rationem explicarunt et scriptis mandatam ecclesiae tradiderunt Iacobum — *ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας τὸν κλῆρον λαχὼν καὶ ταύτης πρῶτος ἐπίσκοπος.* Testium serie iungitur Concilium Trullanum (706) canone 32: *καὶ γὰρ καὶ Ἰάκωβος ὁ κατὰ σάρκα Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἀδελφὸς, ὃς τῆς Ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας πρώτως τὸν θρόνον ἐπιστώθη, καὶ Βασίλειος, ὁ τῆς Καισαρέων ἀρχιεπίσκοπος, οὗ τὸ κλέος κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διέδραμεν, ἐγγράφως τὴν μυστικὴν ἡμῖν ἱερουργίαν παραδεδωκότες, οὕτω τελειοῦν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐξ ὕδατός τε καὶ οἴνου τὸ ἱερὸν ποτήριον ἐκδεδώκασι* (Lit. c. 30).[1]) Denique non praetermittimus Isaacum Armeniae magnae catholicum, saeculo iam decimo clarum, haec monentem contra Armenos: *ὅτι γὰρ ποτήριον ὁ Χριστὸς τοῖς ἀποστόλοις δέδωκεν, οἶνον καὶ ὕδωρ εἶχε, μάρτυς ὁ ἅγιος ἀπόστολος Ἰάκωβος, ὁ ἀδελφόθεος καὶ Μάρκος ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν ταῖς λειτουργίαις ἑκάτεροι οὕτω λέγοντες· ὡσαύτως μετὰ τὸ δειπνῆσαι λαβὼν τὸ ποτήριον καὶ κεράσας ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος, εὐχαριστήσας καὶ εὐλογήσας ἔδωκεν* (Lit. Iac. 30. Lit. Marc. 16).

---

1) Hic canon Synodi Trullanae, quamvis ipsa a sede Romana probata non fuerit, relatus est in Gratiani Decretum.

Ergo copiosa advocatione utitur ea sententia, saeculo septimo, fortasse quinto, circumgestatam esse liturgiam, Iacobi Hierosolymitani nomine insignem. Haud scio an omnes omnes huius missae partes a Iacobo profectas esse crediderint: at quem Concilium Trullanum et Isaac excitant locus pertinet ad brevissimam liturgiae portionem eamque vere apostolicam. Et recentioribus quoque Orientalis ecclesiae doctoribus ne tenuissimus quidem scrupulus residere videtur, quia Missa Fidelium Iacobaea Iacobi calamo conscripta sit.[1])

Provinciam obtinuit Liturgia antiquitus late patentem et florentissimam. Usa est missa Iacobi sancta Hierosolymorum civitas: conformarunt, opinor, ad eius praecepta ritus suos dioeceses, quae ad Patriarchatum Hierosolymorum spectabant. Amplexus est Iacobus Cyprum, ne dicam Siciliam, Apuliam, Calabriam. Favent coniecturae duo codices, quos Benedictus Monaldinius, Monachus S. Basilii Crypto-Ferratensis anno 1749 Assemanno communicavit. Alter inventus est in monasterio Sancti Salvatoris prope Messanam, sine controversia saltem anno 984 vel 985 exaratus,[2]) proh dolor mutilus et oscitanter conscriptus. Praebet Missam Iacobi vulgatae consonam; accesserunt tamen sequioris aetatis additamenta, plurimorum Sanctorum commemoratio aliaque. Neque in vetustiori officio occurrit repetita et singularis Iacobi et Hierosolymorum memoria: *μνήσθητι κύριε τῆς ἁγίας πόλεως καὶ τῆς βασιλευούσης πόλεως* (Hierosolymae et Constantinopolis) —— *μνήσθητι κύριε τῶν ἐλθόντων καὶ ἐρχομένων Χριστιανῶν τοῦ προςκυνῆσαι ἐν τοῖς τοῦ Χριστοῦ τόποις.* — — *καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων ἀπὸ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου καὶ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου.* Adhaec ante quatuor oecumenicos et magnos Patriarchas commemoratur Sanctissimus Pater N.

---

1) Ita Auctor Expositionis in Lit. Iacobi (Ioannes Maro vel Dionysius Barsalibi) apud Assem. IV. 2. 238 „Omnibus oblationibus antiquitate praestare D. Iacobi ministerium et oblationem, ad quam reliquas factas atque ad regulam veluti exactas affirmamus. Ipse enim omnium primus in Sionis caenaculo corporis et sanguinis Domini mysterium perfecit —— Die dominica Pentecostes advenit Spiritus S. super apostolos et hos sanctificavit, altero vero die consecrarunt Chrisma, tertio autem die consecrarunt Tabulam vel Altare. Quarto denique die obtulit Iacobus Frater Domini nostri oblationem eiusdem nomine inscriptam quae incipit: Deus universorum et Domine. Cumque interrogatus esset, undenam hoc accepisset, respondit: Vivit Dominus, quia nihil addidi aut detraxi ab eo, quod a Domino audivi (cf. ad c. 19). Conferas quoque primum responsum Hieremiae Patriarchae Constantinopolitani ad Wirtenbergenses.

2) Praeter argumentum a forma literarum petitum divinatur aetas codicis ex commemoratione quatuor Patriarcharum. Porro post doctissimam Monaldinii et Assemanni disputationem (Ass. IV, 2. p. XXXVIII — XLIX) nulla potest difficultas esse, quin charta liturgica primae ecclesiae in Monte Sinai, Hierosolomytanae subiectae usui deservierit. Cf. Kealium p. 40. qui codicem Siculum adpellavit.

Sanctae Christi Dei civitatis. Hic autem alius esse nequit ac Patriarcha Hierosolymitanus. Itaque membrana illa Messanensis probat sententiam, exstitisse Liturgiam ecclesiae Hierosolymitanae propriam, Missae, quae vulgo sub Iacobi nomine fertur congruam, fortasse a Sicilia ea aetate acceptam, qua occupata fuit insula ab Iustiniani exercitu.

In altero codice, e monasterio S. Mariae *ὁδηγητρίας,* quod Rossani apud Calabros sub instituto S. Basilii floret, Romam in monasterium S. Basilii de urbe delato leguntur Liturgiae Petri, Marci, Iacobi, Chrysostomi et multa alia quae spectant ad ritus divinos. Adnotarunt monachi Basilii de urbe in codice pag. 42: „custodiendus diligenter, nam ex hoc libro exscripta fuit Liturgia S. Marci et fuit transmissa cuidam Canonico Parisiensi (Renaldotio), qui typis eam mandavit cum nimio honore.“ Monaldinius codicem exscriptum putat ex aliquo rituali Antiocheno, quoniam fit memoria patriarcharum Antiochenorum ab ipso Petro apostolo ad Theodosium usque, hoc est circitur ad saec. XII: sub hanc aetatem codicem exaratum esse arbitratur. Ex hac membrana Monaldinius liturgiam Iacobi quae incipit p. 85 et finit p. 127, descripsit et latinam fecit. Dolemus doctissimum hieromonachum collationem tantum latinae translationis Assemannio transmisisse, omissis nonnullis varietatibus lectionis, quae ipsi minus necessariae visae sunt.

Ut redeamus unde exorsi sumus, codices illi in Sicilia et Calabria asservati atque, ut videtur, in Missa celebranda adhibiti nos adducunt, ut ordinem Iacobi ad Siculos Italosque perrexisse credamus. Utcunque est, saeculo decimo tertio magna liturgiae impendit ruina. Namque animi angustia quae apud Latinos omnes ritus domesticos exstirpare ac pro Gallicanis, Ambrosianis Mozarabicis caerimonias obtrudere satagebat Romanas: ea orientalem quoque ecclesiam constrinxit et occupavit. Ex quo tempore orthodoxae sedes Alexandriae, Antiochiae et Hierosolymae sub Mahometis imperio non amplius vetusta pollebant auctoritate, inde omnia ad Constantinopolitani patriarchae nutum componi coepta sunt. Itaque Theodorus Balsamon consultus a Marco Alexandrino Patriarcha *αἱ περὶ τὰ μέρη τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ τῶν Ἱεροσολύμων ἀναγινωσκόμεναι λειτουργίαι καὶ λεγόμεναι συγγραφῆναι παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου καὶ Μάρκου, δεκταί εἰσι τῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἢ οὔ;* — respondit, omnes ecclesias sequi debere morem novae Romae, nimirum Constantinopolis et sacra celebrare iuxta traditiones magnorum doctorum Ioannis Chrysostomi et sancti Basilii. Iacobi et Marci *λειτουργογράφων* nullam mentionem insertam esse in Canone Apostolorum 85 et in canone Laodiceno 59: neque, quod caput rei sit, nullo modo in Liturgia agnovisse, *τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινοπόλεως.* Addas quae profert Balsamo ad

can. 32 Concilii Trullani: σημειῶσαι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι πρῶτος ὁ Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος ὡς πρῶτος ἀρχιερατεύσας τῆς Ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας παρέδωκε τὴν θείαν ἱεροτελεστίαν, ἥτις παρ' ἡμῖν ἀγνοεῖται, παρὰ δὲ τοῖς Ἱεροσολυμιταῖς καὶ τοῖς Παλαιστιναίοις ἐνεργεῖται ἐν ταῖς μεγάλαις ἑορταῖς. Οἱ δὲ Ἀλεξανδρεῖς λέγουσιν εἶναι καὶ τοῦ ἁγίου Μάρκου, ᾗ καὶ χρῶνται ὡς τὰ πολλά. Ἐγὼ δὲ συνοδικῶς μᾶλλον δὲ καὶ ἐνώπιον βασιλέως τοῦ ἁγίου ἐλάλησα τοῦτο, ὅτι ὁ πατριάρχης Ἀλεξανδρείας ἐνεδήμει εἰς τὴν βασιλεύουσαν. Μέλλων γὰρ λειτουργῆσαι μεθ' ἡμῶν καὶ τοῦ οἰκουμενικοῦ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ὥρμησε κρατεῖν τὸ τῆς τοῦ Ἰακώβου λειτουργίας κοντάκιον, ἀλλ' ἐκωλύθη παρ' ἡμῶν καὶ ὑπέσχετο λειτουργεῖν καθὼς καὶ ἡμεῖς.[1]) Et sane ex illa fere aetate Liturgia Iacobi prorsus cecidit apud Graecos. Ut aiunt, recitant eam hodienum in festivitate S. Iacobi 23 Oct. Hierosolymorum ac Cypri ecclesiae.[2]) At Iacobi officium, expulsum ex ecclesia orthodoxa quoad exemplaria graeca adhibet in Missarum sollemniis, remansit incolume apud Syros. Nam cum Syriaca lingua in provinciis Palaestinae vernacula esset, praesertim in pagis et extra urbes, iam antiquitus est liturgia Iacobi in Syriacam dialectum translata.[3]) Et servaverunt librum Syri hucusque et Orthodoxi vel Melchitae et Heterodoxi vel Iacobitae, qui Eutychis haeresi infecti sunt. Usurpant sane Monophysitae, orthodoxis in Syria numero longe superiores, praeter Liturgiam Iacobi multas alias, ab Renaldotio in volumen praeclaris-

---

1) Placuit multis hominis acumen; at non observarunt, Theodorum non ardere studio veri reperiendi, sed turgescere animum eius et tumere intolerabili superbia. Recte metiantur hominem Renaldotius I. p. LXXXIII sq. Assemannus III, 2. XI sq. et Nealius East. Ch. I. 318 This Prelate was a complete Oriental Ultramontane; every thing was to be jugded by, and squared to, the rule of Constantinople; the Bellarmine or Orsi of the Eastern Church, he was for abolishing every formulary not adopted by the Oecumenical Patriarch; and endeavoured successfully to intrude the forms of Constantinople on the whole East.

2) Assemannus IV, 2. p. XXV: Hierosolymitanam Liturgiam amplexi sunt nedum omnes subiectae ecclesiae; verum et aliae complures, quin fere omnes Orientales ad illam suas liturgias expresserunt et adeo accommodarunt. Syri ergo fere omnes illam probarunt eaque etiam modo utuntur, quamvis in nonnullis pro diversitate locorum et libertate Episcoporum non omnes sibi consentiant. Unde et eam iam contractam iam productam adhibent et plures alias ad illius exemplar compositas celebrant — — Cypri etiam regni ecclesiae bene multae, puta Syrorum Maronitarum illam frequentant, antiquum morem retinentes, quo omnes Cypri ecclesiae non nisi hanc adhibebant liturgiam, uti ex Epiphanio non obscure colligitur.

3) Ut opinatur Assemannus, ipse Iacobus liturgiam suam Syriace conscripsit. Quam viri docti sententiam ita conformaverim, ut Consecrationis formula a Iacobo profecta, ab apostolo Syriace non scripta sed tradita sit. Ex Renaldotii sententia Graecae chartae Syriacorum primaevum exemplar sunt l. c. p. XVIII.

simi operis secundum congestas et illustratas (cf. tabulam Nealii)[1]) sed omnibus prima Iacobaei officii pars, quae usquae ad osculum pacis perducitur, inservit et reliqua itidem ad Iacobum in plurimis accommodata sunt. Vix quidquam occurrit quod ad errores sectae proprios insinuandos pertineat. Testimonio est Liturgiae Iacobiticae conspectus apud Renaldotium II. l. c. p. XVII „Praeparato altari, Sacerdos diversas preces recitat, sacra vestimenta induit, et ita ad sanctuarium progreditur. Panis Eucharisticus cum calice, a Prothesi, ubi statim collocantur, ad altare deferuntur, eadem prope ratione, qua fit apud Graecos *magnus*, ut vocant, *Introitus*. Miscetur aqua vinum, ex vetustissima traditione: dona ubi ad altare illata sunt, duplici velo, maiori et minori teguntur, et incensantur. Dicuntur interea variae orationes, Trisagium, Gloria in excelsis: Psalmi aliquot: Hymni diversi secundum dies, carmine Ephremitico vel Iacobitico: Prooemia. Deinde leguntur sectiones ex Epistolis Pauli, et Catholicis, aliquando ex Actis Apostolorum et ex Veteri Testamento, iuxta indices qui habentur in singulari codice, neque enim ut apud Latinos, Lectiones libris Missalibus inseruntur, sed petuntur ex Lectionariis, quae apud Syros, et reliquos Orientales habentur, ut apud Graecos *Ἀποστολοευαγγέλια*. Preces, benedictionesque Sacerdotis, hortationes Diaconi ad populum, singulis lectionibus adiunguntur et eodem tenore, antea vel paulo post dicuntur orationes *Εἰρηνικαί*, sive pro pace, et aliis beneficiis quae a Deo postulantur, praeeunte Diacono: Sacerdote secretam orationem interea pronunciante, et populo acclamante *Kyrie eleison*. Scripturarum lectio fit primum Syriace: et postea Arabice, quae lingua est maximae partis Orientis vernacula. His peractis canitur Syriace a populo Nicaenum Symbolum: Sacerdos manus lavat: commendat se circumstan-

---

1) Renaldotius II. p. X. XIII Statim unicuique in mentem veniet, qua ratione factum sit, ut tot apud Syros Iacobitas extent, cum Nestoriani tres admodum habebant: Coptitae qui etiam Iacobitae sunt, non plures: etsi Aethiopicae duodecim numerentur. Huius Liturgiarum tanti numeri ratio reddi nulla potest nisi ex coniecturis. Non enim ex gentis genio, scribendique patria lingua facilitate, natae sunt tot diversae Liturgiae, cum Nestoriani Syri essent, et linguae suae studiosissimi: neque Orthodoxi aliam quam Iacobi Liturgiam videantur agnovisse. Solis id Iacobitis contigit, ut tot diversas haberent. — Inter Syros illos plus doctrinae Ecclesiasticae fuit, quam apud alios, quod omnes prope libri SS. Patrum Syriace habebant interpretatos, atque ex illis versionibus Arabicae prope omnes prodierunt. Itaque si Syros cum aliis Iacobitis Aegyptiis comparemus, isti eruditione et scribendi facultate longe superiores agnoscuntur. Unde dudum postquam Syriaca lingua vulgaris esse desiit, multa erudite et eleganter scripserunt, quod Coptice a nemine tentatum est, cum pauci eam linguam intelligerent: et praeter Acta et instrumenta Patriarchalia, nihil in ea scriberetur. Syris igitur facile fuit Officia nova scribere, quamvis lingua vulgaris esse dudum desivisset: aliis non item. Inde factum ut illorum multo plura, quam reliquorum Christianorum Orientalium Officia habeantur.

tinm precibus et incipitur Anaphora, sive sacra Actio. Illius initium est oratio ante osculum pacis, et anteqam dicatur superest in codicibus MSS[is]. vetus formula eiiciendi audientes et poenitentes, testis antiquae disciplinae. Tum benedictio antiquissima: *Caritas Dei Patris*, etc. signum crucis super populum. — Post osculum pacis, *Sursum corda* et reliqua, cuius formulae ubique receptae in omnibus cuiuscumque linquae Liturgiis extat memoria. Praefatio quae est de gratiarum actione, laudibusque ad Deum referendis propter omnia in genus humanum beneficia, creationis, legis promulgatae, missionis Prophetarum, tandem liberationis humani generis per Incarnationem, salutaremque dispensationem Christi Domini. Sequitur in Praefationis fine Hymnus Cherubicus, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, qui canitur a populo.

Sacerdos longam orationem pronunciat in Dei laudem, et pro Liturgiarum diversitate aliquando brevior, aliquando prolixior est illa oratio. Desinit autem in institutionis Sacramenti commemoratione, et pronunciatione verborum Christi, super panem, et super calicem: ad quae populus acclamat: *Mortem tuam Domine annunciamus*, etc. sequntur orationes sacerdotis in eamdem sententiam: et paulo post *Invocatio Spiritus sancti*, quam praecedit Diaconi exhortatio ad populum, ut oret attentius, expectando eius illapsum in dona proposita. Ipsa Invocationis forma eadem omnino est, quae in Graecis codicibus. Sequuntur Diptycha: tum commemoratio mortuorum: Sanctorum memoria: Oratio Dominica, quam Sacerdos incipit; populus alta voce continuat. Elevatio Eucharistiae, et *Sancta sanctis*. Tum hostiae fractio, et particulae in calicem intinctio; tum ex eadem, reliquarum quae in sacro disco sunt, particularum consignatio: Sacerdotis communio: eiusdem distributio Sacerdotibus, Diaconis et reliquis ex Clero. Deinde communio populo distribuitur, per intinctam particulam, quae cochleari praebetur: Gratiarum actio et Sacerdotis ultima benedictio.“

Cum semel expositum sit de origine et authentia Liturgiarum circa annum CCC et postea literis mandatarum, quid ad verum proxime accedere videatur, non est quod magnum et difficile bellum instauremus, quod de aetate et integritate singulorum librorum decertatum est. Agnoscimus Iacobum apostolum in Praefatione, Consecratione, Distributione et oratione dominica: alias orationes, Cyrillo et Clementi necessitudine quadam coniunctas ecclesiae Hierosolymitanae traditiones liturgicas putaverimus saeculo secundo et tertio enatas; tertiam partem eamque admodum prolixam adiecit saeculum quartum vel quintum.[1])

---

1) Renaldotius liturgiam Iacobi literis mandatam esse existimat ante Cyrillum Hieros. Tom. I. p. XXXIII „Cum annis aliquot antea Cyrillus Hierosolymitanus Catecheses suas

Editio Missae Iacobi graeca princeps est opinor ea quam curavit Demetrius Ducas Romae 1526. 4. Dein nitide, luculenter et emendate expressa est in Liturgiis SS. Patrum excusis Parisiis apud Typographum Regium Guil. Morellum 1560 fol. Eodem anno et eadem forma Parisiis haec editio etiam Latine cum auctario separatim prodiit curante Ioanne a S. Andrea, Canonico Ecclesiae Parisiensis et Claudio de Sainctes Episcopi postmodum Ebroicensis. Nova editio ad Parisiensem facta prodiit Antverpiae 1562. 8. Occurrit posthac Liturgia graece et latine in Tom. IV. Bibl. Patrr. quam curavit Margar. de la Bigne Par. 1576. Tom. II. Auctarii Ducaeani Par. 1624 et Tom. XII Bibl. Patrum Morellianae Par. 1644. 1654 in Bibl. Max. Lugdun. II. p. 1—9.

Porro legitur graece et latine in Fabricii Codice apocrypho Tom. III. p. 33 sq. et in Assemanni Codice Liturgico. Lib. IV. ps. 2. p. 1—67. Seorsim eam edidit Thomas Rattray, Episcopus Dunkeldensis anno 1733, additis locis parallelis ex liturgiis SS. Basilii, Chrysostomi, Marci, Clementis. Et nuper anno 1849 et Guilelmus Trollope singulari eam evulgavit libro et Nealius noster eam in doctissimis suis quadrigis liturgicis fecit rotam. Germanicam fecit Augusti Denkw. VIII. p. 427—459. Cf. Leo Allatius Epistola ad Bartholdum Nihusium de Liturgia Iacobi ante eius Συμμικτα Lib. I. p. 175—203 Col. Agr. 1653. 8.[1]) Ioan. Ligthfoot Disquisitio de S. Iacobi Liturgia. Opp. posth.

---

scripserit, in quibus particulae quaedam sunt ex Iacobi Liturgia desumptae, scripto quoque comprehensam eam fuisse, quae Ecclesiae Hierosolymitanae propria foret, verisimillimum est. Syriacam enim eiusdem nominis, quae ex Graeca expressa est, dudum ante schisma Monophysitarum, qui postea Iacobitae appellati sunt, in scripta relatam fuisse, suadet communis, qui etiamnum superest, illius usus, tam apud Orthodoxos, quam apud Iacobitas. Illi quippe Sacramentales libros numquam ab haereticis acceperunt: cum isti contra suos omnes ab Ecclesia Catholica abstulerint: nullus veterem sacrorum celebrandorum traditionem ita contemserit, ut novas eorum formas componere ausus fuerit. Accedit etiam, quod Liturgia illa Iacobi Syriaca, Orthodoxis Iacobitisque communis, pura est ab omni novitate vocum aut sententiarum, quas haeresis introduxit, et idem circa Nestorianum observatur, qui character primae vetustatis certus videtur. Nam in aliis Ecclesiasticis officiis, illis praesertim quae ad psalmodiam pertinent, frequentissima est vocum et sententiarum eius generis insitio, quae novitatis non dubium indicium est. Sane si non certum et exploratum, at ita verisimile est, ut nihil contra dici cum aliqua ratione queat, Nestorianos illos veteres qui Romano Imperio pulsi Mesopotamiam, conterminasque Persis provincias repleverunt, ut etiam Iacobitas, novos Sacramentales libros, Orthodoxorum libris tam similes componere vix potuisse, nisi scriptos prae oculis libros habuissent."

1) Recte Tillemont l. c. „Allatius a fait une longue dissertation pour montrer que la Liturgie qui porte le nom de S. Jacques, vient véritablement de lui. Il traite ce point avec autant de chaleur que d'étendue, moins comme une personne qui cherche la verité, que comme un homme qui veut faire valoir l'opinion qu'il a embrassé. Cepen-

p. 147 in Opp. Ultr. 1699 fol. Vol. II. Tillemont Mem. Eccl. I. p. 679 sq. le Nourry Apparatus ad Bibl. PP. I. Diss. 2. p. 24 sq. e. a.

Sed his editionibus, nisi fallor, omnibus una eademque membrana venerandae tamen antiquitatis praebuit verborum textum.[1]) Itaque et nobis tritum iter ingrediendum est, ita tamen ut Codicis Messanensis (M) et Rossanensis (R) varietatem diligenter observemus. Porro in praecipuis capitibus Missae Fidelium ratio habita est Syriacae Liturgiae S. Iacobi, quae communis celebrandi forma est, qua Syri, cum orthodoxi (Iacobitae uniti et Maronitae) tum heterodoxi olim utebantur ac modo uti non desistunt Syriace et Latine. Neque prorsus praetermisimus Anaphoram S. Cyrilli cf. p. 40. Denique vigilanti cura comparavimus singulas Iacobi orationes in aliis Liturgiis obvias, ut in S. Marci, in Copticis graecis S. Gregorii et Basilii. Quod ad officia S. Basilii S. Chrysostomi orthodoxa, cum infra exhibituri simus ea integra, nunc ad eorum varietatem animadvertere supervacaneum est.

---

dant après avoir bien declamé contre ceux qui rejettent cette liturgie, héretiques et catholiques, il se réduit a dire, que S. Jacques en a composé une, dont on a fait celle, que nous avons en conservant le fond de l'original, mais en y retranchant, ajoutant et changeant diverses choses: en sorte qu'il n'est pas aisé de savoir assurément ce qui vient de S. Jacques, comme le Cardinal Bellarmin l'a remarqué et A. avoue au moins, que pour lui il ne peut pas faire ce discernement. Voilà, ce me semble, à quoi se réduit son sentiment, qui ne me parait pas bien différent de celui, qu'il rejette avec tant de feu et tant de hauteur." Sane vero, omnis de singulari cuiusdam Liturgia aetate etc. controversia vana et futilis est, nisi prius disputetur de rituum christianorum primordiis deque vetustissimae liturgiae indole etc. ut certa quaedam sedes constituatur et fundamentum.

1) Scriptam puto circa annum 450. De Graeca Liturgiae dictione Casaubonus Exerc. XVII. ad Baron. c. 58. p. 583. Renaldotius l. c. I. p. LXXXI sq. At verisimile est primos ex circumcisione Christianos, qui neque nobiles, neque eruditi plerumque fuerunt, ea lingua potius, quae communis et vulgaris erat, Hierosolymitana scilicet dialecto, preces publicas et sacra Christiana celebrasse: Syra autem lingua, quam eidem Hierosolymitanae dialecto coniuncta sit, nemo ignorat. Hinc tot Syrorum, imo Christianorum, qui vel Novum Testamentum Syriacum vel Grammaticas ediderunt, fastidiosae παρεκβάσεις de eadem lingua Christo vernacula, de Matthaei Evangelio Hebraico, quas discutere non est huius loci. Verum argumentis quae a verisimili peti possunt, ut illa quae tetigimus, repugnat color ipse Orationis, quae Hellenismum in multis ita refert, ut manifesto Graecam originem significet, quamvis preces prope omnes verbis et sententiis utriusque Testamenti contextae, non certum habeant ex idiotismis Orientalium linguarum, qui in Graecam migraverunt, peregrinae linguae indicium. Sed nominum compositorum quibus illae linguae carent, verborumque aliquando non recta interpretatio, Graecos fontes ita perspicue designat, ut alio preces omnes illae referri non possint.

Ὁ ἱερεύς.

[I. Ἐν πλήθει ἁμαρτιῶν μεμολυσμένον με μὴ ἐξουδενώσῃς, δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἰδοὺ γὰρ προςῆλθον τῷ Θείῳ τούτῳ καὶ ἐπουρανίῳ μυστηρίῳ σου, οὐχ ὡς ἄξιος ὑπάρχων· ἀλλ' εἰς τὴν σὴν ἀφορῶν ἀγαθότητα, ἀφίημί σοι τὴν φωνὴν, ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ· ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἀντοφθαλμῆσαι τῇ ἱερᾷ σου ταύτῃ καὶ πνευματικῇ τραπέζῃ, ἐφ' ᾗ ὁ μονογενής σου Υἱὸς καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς

Cap. I. M ad caput decimum usque obtruncatus. R. missam ita incipit: Diaconus Dominum precemur. Populus. Kyrie eleison. Sacerdos. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti nunc et semper et in saecula. Diaconus. Stemus honeste. In pace Dominum precemur. Sacerdos. Gloria Patri et Filio etc. ut c. 2.

Cap. I—VII. complectuntur confessionem sacerdotis, primam incensi oblationem, omnino ea quae Liturgiae proprie sic dictae, antecedunt. Inter omnes liturgicarum rerum peritos constat, omnes eiusmodi preces ad Missam sacerdotem ac populum praeparantes, sequiori demum tempore literis consignatas et semper sapere novitatem. Septem haec priora capita saeculo quarto et quinto addita sunt vetusto codici. Nealius Tetr. Lit. p. XLII sq. „Hoc autem mihi persuasum est, in quo et viros doctissimos, qui de hac re scripserunt, mecum consentientes habeo, imprimis vero Rattrayum: has orationes non solum transpositas fuisse, verum etiam multiplicatas esse, duabus eiusdem orationis editionibus in duas orationes prolatis. Vide enim quo pacto hae preces cohaereant. 1. Sacerdotis apologia. 2. εὐχὴ τῆς παραστάσεως. 3. εὐχὴ τοῦ θυμιάματος τῆς εἰςόδου τῆς ἐνάρξεως. 4. εὐχὴ τῆς ἐνάρξεως. 5. εὐχὴ τοῦ θυμιάματος τῆς εἰςόδου τῆς συνάξεως. 6. Oratio brevis sine nomine. 7. εὐχὴ ἀποκριτικὴ παρὰ τοῦ διακόνου. 8. Hymnus ὁ μονογενής. 9. εὐχὴ, ἣν λέγει ὁ ἱερεὺς ἀπὸ τῶν πυλῶν ἕως τοῦ θυσιαστηρίου. Quis non videt talem precum farraginem nec parallelizari posse nec debere? Quis non videt tertiam et quintam duas editiones esse eiusdem orationis? nonam autem revera eandem esse ac prima, i. e. Sacerdotis apologiam? Cui denique non patet, orationem responsoriam diaconi immediate praecedere trisagion, quippe quae τὴν πολυύμνητον ᾠδὴν τοῦ ἐνθεαστικοῦ καὶ τρισαγίου commemoret?"

Idem Vir Doctus History of Eastern Church p. 359 praebet Missae proanaphoricae apud Orientales conspectum.

I. The Mass of the Catechumens.	1. The Preparatory Prayers. 2. The Initial Hymn or Introit. 3. The Little Entrance. 4. The Trisagion. 5. The Lections. 6. The Prayers after the Gospel, and expulsion of the Catechumens.
II. The Mass of the Faithful.	1. The Prayers for the Faithful. 2. The Great Entrance. 3. The Offertory. 4. The Kiss of Peace. 5. The Creed.

ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ, καὶ πάσῃ κηλῖδι κατεστιγμένῳ, μυστικῶς πρόκειται εἰς θυσίαν. Διὸ ταύτην σοι τὴν ἱκεσίαν καὶ εὐχαριστίαν προσάγω, τοῦ καταπεμφθῆναί μοι τὸ Πνεῦμά σου τὸ Παράκλητον ἐνισχῦον καὶ καταρτῖζον με πρὸς τὴν λειτουργίαν ταύτην, καὶ τὴν παρὰ σοῦ μοι τῷ λαῷ ἐπαγγελθεῖσαν φωνὴν, ἀκατακρίτως ταύτην ἀποφθέγξασθαι καταξίωσον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ᾿ οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ καὶ ὁμοουσίῳ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εὐχὴ τῆς παραστάσεως.[1])

II. Δόξα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, τῷ τριαδικῷ καὶ ἑνιαίῳ φωτὶ τῆς θεότητος, τῆς ἐν τριάδι μοναδικῶς ὑπαρχούσης, καὶ διαιρουμένης ἀδιαιρέτως· τριὰς γὰρ εἷς Θεὸς παντοκράτωρ, οὗ τὴν δόξαν οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται, ἡ δὲ γῆ, τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν, καὶ ἡ θάλασσα, τὸ αὐτοῦ κράτος, καὶ πᾶσα αἰσθητὴ καὶ νοητὴ κτίσις, τὴν αὐτοῦ μεγαλειότητα κηρύττει πάντοτε· ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εὐχὴ τοῦ θυμιάματος τῆς εἰςόδου τῆς ἐνάρξεως.[2])

III. Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὦ Θεοῦ Λόγε, ὁ ἑκουσίως ἑαυτὸν θυσίαν ἄμωμον ἐπὶ σταυροῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ προςαγαγὼν, ὁ διφυὴς ἄνθραξ, ὁ τῇ λαβίδι τῶν τοῦ προφήτου χειλέων ἀψάμενος, καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ ἀφελόμενος, ἅψαι καὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τῶν αἰσθήσεων, καὶ καθάρισον ἡμᾶς ἀπὸ πάσης κηλῖδος, καὶ παράστησον ἡμᾶς ἁγνοὺς τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ τοῦ προςενέγκαι σοι θυσίαν αἰνέσεως· καὶ πρόςδεξαι ἀφ᾿ ἡμῶν τῶν ἀχρείων δούλων σου τὸ παρὸν θυμίαμα, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας· καὶ εὐωδίασον ἡμῶν τὸ δυςῶδες τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος· καὶ ἁγίασον ἡμᾶς τῇ ἁγιαστικῇ δυνάμει τοῦ παναγίου σου Πνεύματος· σὺ γὰρ εἶ μόνος ἅγιος, ὁ ἁγιάζων καὶ τοῖς πιστοῖς μεταδιδόμενος· καὶ πρέπει σοι ἡ δόξα σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ,

1) Cum assistit altari. Augusti: Beim Auftreten. 2) Oratio cum incenditur thus in principio Missae.

Cap. III. Habet R. orationem dicendam cum incenditur thus in ingressu et principio.

καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εὐχὴ τῆς ἐνάρξεως.

IV. Εὐεργέτα βασιλεῦ τῶν αἰώνων, καὶ τῆς κτίσεως ἁπάσης δημιουργὲ, πρόςδεξαι προςιοῦσάν σοι διὰ τοῦ Χριστοῦ σου τὴν ἐκκλησίαν σου· ἑκάστῳ τὸ συμφέρον ἐκπλήρωσον· ἄγαγε πάντας εἰς τελειότητα, καὶ ἀξίους ἡμᾶς ἀπέργασαι τῆς χάριτος τοῦ ἁγιασμοῦ σου, ἐπισυνάγων ἡμᾶς ἐν τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, Κυρίου δὲ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ εὐλογητὸς εἶ καὶ δεδοξασμένος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Ὁ διάκονος.

V. Ἔτι τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ ἱερεὺς, εὐχὴν τοῦ θυμιάματος τῆς εἰςόδου τῆς συνάξεως.

Ὁ Θεὸς ὁ προςδεξάμενος Ἀβὲλ τὰ δῶρα, Νῶε καὶ Ἀβραὰμ τὴν θυσίαν, Ἀαρὼν καὶ Ζαχαρίου τὸ θυμίαμα, πρόςδεξαι καὶ ἐκ χειρὸς ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τὸ θυμίαμα τοῦτο εἰς ὀσμὴν εὐωδίας καὶ ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, ὅτι εὐλογημένος ὑπάρχεις, καὶ πρέπει σοι ἡ δόξα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί.

Ὁ διάκονος.

Κύριε εὐλόγησον.

Ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ δι᾽ ὑπερβολὴν ἀγαθότητος καὶ ἀκατάσχετον ἔρωτα σταυρωθεὶς, καὶ λόγχῃ καὶ ἥλοις παρῆναι μὴ ἀπανηνάμενος· ὁ τὴν κρυφίαν καὶ ἐπίφοβον ταύτην τελετὴν, εἰς ἀνάμνησιν αἰωνίαν ἡμῖν ἐκτενῆ παρασχόμενος· εὐλογῆσαι τὴν ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ διακονίαν σου, καὶ εὐλογῆσαι τὴν εἴςοδον ἡμῶν, καὶ ἐντελῶς τελειῶσαι τὴν παράστασιν τῆς λειτουργίας ἡμῶν ταύτης, τῇ ἀφάτῳ αὐτοῦ εὐσπλαγχνίᾳ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Cap. IV. Legitur iu R. altera haec oratio „in principio."

Cap. V. R. Sacerdos. Pax tibi. Diaconus. Dominum precemur. Sacerdos. Deus qui admisisti etc. ut supra. Omnino ad caput usque octavum R. concordat cum edito.

Εὐχὴ ἀποκριτικὴ παρὰ τοῦ διακόνου.

VI. Ὁ Κύριος εὐλογῆσαι καὶ ἀξιῶσαι ἡμᾶς σεραφικῶς δωνοφορῆσαι καὶ προςᾷσαι τὴν πολυύμνητον ᾠδὴν τοῦ ἐνθεαστικοῦ καὶ τρισαγίου, τῷ ἀνενδεεῖ καὶ ὑπερπλήρει πάσης τῆς ἁγιαστικῆς τελειότητος, νῦν καὶ ἀεί.

Εἶτα ἄρχεται ἀείδειν ὁ διάκονος ἐν τῇ εἰςόδῳ.

Ὁ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχων, καταδεξάμενος[1]) διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, ἀτρέπτως ἐνανθρωπήσας, σταυρωθείς τε, Χριστὲ ὁ Θεός, θανάτῳ θάνατον πατήσας, εἷς ὢν τῆς ἁγίας Τριάδος, συνδοξαζόμενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, σῶσον ἡμᾶς.

Ὁ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην ἀπὸ τῶν πυλῶν ἕως τοῦ θυσιαστηρίου.

VII. Ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ μεγαλώνυμος Κύριος, ὁ δοὺς ἡμῖν εἴςοδον εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, διὰ τῆς ἐπιδημίας τοῦ μενογενοῦς σου Υἱοῦ, Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἱκετεύομεν καὶ παρακαλοῦμεν τὴν σὴν ἀγαθότητα, ἐπειδὴ ἔμφοβοι καὶ ἔντρομοί ἐσμεν, μέλλοντες παρεστάναι τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, ἐξαπόστειλον ἐφ᾽ ἡμᾶς ὁ Θεὸς τὴν χάριν σου τὴν ἀγαθὴν, καὶ ἁγίασον ἡμῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα καὶ τὰ πνεύματα, καὶ ἀλλοίωσον τὰ φρονήματα ἡμῶν πρὸς εὐσέβειαν, ἵνα ἐν καθαρῷ συνειδότι προςφέρωμεν σοι δῶρα, δόματα, καρπώματα εἰς ἀθέτησιν τῶν ἡμετέρων πλημμελημάτων, καὶ εἰς ἱλασμὸν παντὸς τοῦ λαοῦ σου, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, μεθ᾽ οὗ εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.]

Μετὰ τὸ εἰςελθεῖν εἰς τὸ θυσιαστήριον λέγει ὁ ἱερεύς.

VIII. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ λαός.

Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ὁ ἱερεύς.

Ὁ Κύριος εὐλογήσαι πάντας ἡμᾶς, καὶ ἁγιάσαι ἐπὶ τῇ εἰςόδῳ καὶ ἱερουργίᾳ τῶν θείων καὶ ἀχράντων μυστηρίων,

1) Fabr. καὶ κατ.

Cap. VI. Responsorium Diaconi. Deinde canit Diaconus in ingressu Hymnum ὁ μονογενής, Nealio iudice, meliorem Concilio Ephesino: quippe qui Nestorianam plane spectat haeresin.

καὶ τὰς μακαρίας ψυχὰς ἀναπαύων μετὰ ἁγίων καὶ δικαίων, τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εἶτα λέγει ὁ διάκονος συναπτήν.[1])

IX. Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης καὶ Θεοῦ φιλανθρωπίας καὶ σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ ἑνώσεως πασῶν τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν καὶ συγχωρήσεως τῶν πλημμελημάτων ἡμῶν, καὶ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλί-

1) Collectam.

Cap. IX. Ante orationem: *ὑπὲρ τῆς εἰρ. κτλ.* inserit R. petitionem pro salute et auxilio sanctissimorum patrum et sanctissimi Patriarchae, universi Cleri et Christum amantis populi, et his precibus adnectit editum: *ὑπὲρ ἀφέσεως — δεηθῶμεν.* Sequitur commemoratio B. Mariae, Ioannis Baptistae, Apostolorum, Prophetarum et omnium Sanctorum „ut ipsorum precibus et intercessionibus nos misericordiam consequamur.“ Populus Kyrie ter. M., ut diximus, initio mutilus item mentionem facit B. Virginis, Apostolorum, Martyrum etc. S. Stephani — *καὶ μακαρίου πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβου καὶ ἀποστόλου καὶ ἀδελφοθέου.* Oratione completa dicit Sacerdos orationem Trisagii.

Nealius Tetral. Lit. p. 230 sq. Quatuor hymnis liturgicis utitur ecclesia orientalis: nempe, angelico, ter sancto, cherubico, triomphali: quamvis saepissime inter se hae voces confundantur. Hymnus angelicus is est, qui apud nos Gloria in excelsis dicitur. At vero in missarum sollemnitate eo non utitur ecclesia Constantinopolitana: utitur autem liturgia Apostolorum Nestoriana. Ter sanctus is est, ad quem iam pervenimus. De eius institutione haec Theophanes: *Ἐπὶ τοῦτο τοῦ ἐν ἁγίοις Πρόκλου* (idem est qui adversus Nestorium veram B. V. M. *θεοτοκίαν* tam magnifice defendit) *σεισμοὶ γεγόνασι μεγάλοι ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ τέσσαρας μῆνας ... ἐν μιᾷ οὖν κυμαινομένης τῆς γῆς, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ κράζοντος τὸ Κύριε ἐλέησον, ἐκτενῶς, περὶ ὥραν τρίτην, ἄφνω, πάντων ὁρώντων, συνέβη ὑπὸ θείας δυνάμεως ἀρθῆναι τινὰ νεανίσκον εἰς τὸν ἀέρα, καὶ ἀκοῦσαι θείας φωνῆς παραινούσης αὐτὸν ἀναγγεῖλαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ λαῷ λιτανεύειν οὕτως· Ἅγιος ὁ Θεός, κτλ.* Hic non de miraculo, quasi quod per se incredibile sit, quaestio est: sed doctioribus persuasum est vetustiorem tempore S. Procli hunc hymnum esse. Unum argumentum instar sit omnium. S. Proclus Byzantinum tenuit thronum ab anno 434 usque ad annum 447: quo coelestia regna migravit: ideoque intra hoc tempus miraculum accidisse necesse est. At in concilio Chalcedonensi, quod A. D. 451 habitum est, exclamatio haec, tanquam notissima, a patribus, sessione prima, inter caeteras, effluxisse fertur. Forsitan ab apostolicis temporibus originem ducens, non nisi sub S. Proclo in liturgiam receptus est hymnus. Qui de hoc plura vult, is praefationem adeat V. V. Michaelis Le Quien in tractatum S. Ioannis Damasceni de hymno trisagio (Tom. I. 478).

Iacobitae addunt Trisagio: qui crucifixus est pro nobis, cuius additionis auctorem fuisse dicunt Petrum Gnapheum, Monophysitam et Antiochenae sedis invasorem.

ψεως, ὀργῆς, κινδύνου, καὶ ἀνάγκης, καὶ ἐπαναστάσεως ἐχθρῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Εἶτα οἱ ψάλται τὸν τρισάγιον ψάλλουσιν ὕμνον.

Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς.

Καὶ ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται ἐπικλινόμενος.

X. Οἰκτίρμον καὶ ἐλεῆμον, μακρόθυμε καὶ πολυέλεε καὶ ἀληθινὲ Κύριε, ἐπίβλεψον ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου σου, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν τῶν σῶν ἱκετῶν, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς πειρασμοῦ διαβολικοῦ τε καὶ ἀνθρωπίνου, καὶ μὴ ἀποστήσῃς ἀφ᾽ ἡμῶν τὴν σὴν βοήθειαν, μηδὲ βαρυτέρας τῆς ἡμετέρας δυνάμεως παιδείας ἐπαγάγῃς ἡμῖν· ἡμεῖς γὰρ οὐχ ἱκανοὶ πρὸς τὸ νικᾷν τὰ ἀντιπίπτοντα· σὺ δὲ δυνατὸς εἶ, Κύριε, εἰς τὸ σώζειν ἐκ πάντων τῶν ἐναντιωμάτων. σῶσον ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐκ τῶν δυσχερῶν τοῦ κόσμου τούτου κατὰ τὴν χρηστότητά σου, ὅπως εἰςελθόντες ἐν καθαρᾷ συνειδήσει πρὸς τὸ ἅγιόν σου θυσιαστήριον, τον μακάριον, καὶ τρισάγιον ὕμνον σὺν ταῖς ἐπουρανίαις δυνάμεσιν, ἀκατακρίτως ἀναπέμπωμέν σοι· καὶ τὴν εὐάρεστόν σοι καὶ θείαν ἐπιτελέσαντες λειτουργίαν, καταξιωθῶμεν τῆς αἰωνίου ζωῆς.

Ἐκφώνησις.[1])

Ὅτι ἅγιος εἶ, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐν ἁγίοις κατοικεῖς καὶ ἐπαναπαύῃ, καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναπέμπομεν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ λαός.

Ἀμήν.

Ὁ ἱερεύς.

XI. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ λαός.

Καὶ τῷ πνεύματι σου.

Ὁ ψάλται.

Ἀλληλούϊα.

1) *ἐκφώνησις, ἐκφώνως* ea significat, quae alta voce dicenda sunt.

Cap. X. M. et R. continent orationem et *ἐκφώνησιν*, alias tamen desinentem: — *ἀναπέμπομεν·* Incipit Lector. Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis miserere nobis. Dicitur ter.: Gloria Patri etc. Sancta Trinitas miserere nobis.

Cap. XI. Editus ex antiquarum chartarum more admodum brevis est in eo capite quod pertinet ad lectionem scripturarum. M. Post pacem cantat Psalta *τὸ προκείμενον*

Εἶτα ἀναγινώσκεται διεξοδικώτατα[1]) *τὰ ἱερὰ λόγια τῆς παλαιᾶς διαθήκης καὶ τῶν προφητῶν, καὶ ἀποδείκνυται ἡ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐνανθρώπησις, τά τε πάθη καὶ ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις, ἡ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἄνοδος, καὶ πάλιν ἡ δευτέρα αὐτοῦ μετὰ δόξης παρουσία· καὶ τοῦτο γίνεται καθ' ἑκάστην ἐν τῇ ἱερᾷ καὶ θείᾳ ἱερουργίᾳ.*

Μετὰ δὲ τὸ ἀναγνῶσαι καὶ διδάξαι λέγει ὁ διάκονος·

XII. Εἴπωμεν πάντες, Κύριε ἐλέησον.

Κύριε παντοκράτορ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, δεόμεθά σου, ἐπάκουσον.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ ἑνώσεως πασῶν τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

1) Fusissime. Augusti: Der Reihenfolge nach.

---

i. e. versiculos praevios, qui praecinuntur ante Epistolam. Sequitur Apostolus Alleluia, *εὐχὴ εἰς τὸ θυμίαμα τοῦ Ἀλληλούϊα, εὐχὴ πρὸ τοῦ εὐαγγελίου: Σοὶ εὐχαριστοῦμεν κύριε τῷ ἐξανατείλαντι ἡμῖν φῶς ἐκ σκότους καὶ ἀποκαλύψαντι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν εἰς κατανόησιν τῶν θαυμασίων σου καὶ ἀνοίξαντι τὸ στόμα ἡμῶν εἰς ἐξομολόγησιν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν, μελέτην δὲ τῶν σῶν ἐντολῶν. Αὐτὸς καὶ νῦν Δέσποτα πρόςδεξαι τὴν προσευχὴν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ εὐχαρίστων δούλων σου καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν δέησιν ἡμῶν ἀλλὰ καὶ τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν φύλαξον ἡμῖν καὶ τοὺς συνελθόντας καὶ συνευχομένους ἡμῖν καὶ ἐναύγασον ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν τὸν φωτισμὸν τῶν θείων λογίων τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ σου.* Deinceps preces, quas editus habet c. 12 ad Kyrie usque. Sacerdos: *ἔλλαμψον ἐν ταῖς καρδίαις* etc. ut in Liturgia S. Basilii addita clausula: *σὺ γὰρ εἶ* etc. ut c. 13. Archidiaconus. *Ὀρθοί. Ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου.* Sacerdos. *εἰρήνη πᾶσιν.* Diaconus. *ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.*

R. Post Pacem dicunt Lectores Propsalma, et Epistolam et Stichologiam. Excipiunt eam Deprecatio usque ad *ἱκετεύομέν σε* incl. Oratio Thymiamatis ante Evangel.: Tibi Domine Deus noster etc. Sequitur alia collecta ante divinum Evangelium: Fac ut in cordibus nostris, ut in M. desinens ita: *σὺ γὰρ εἶ ὁ εὐαγγελισμὸς* ut c. 13 Archidiaconus. Recti audiamus sanctum Ev. Sacerdos. Pax omnibus. Archidiac. Attendamus sanctae lectioni. Et post Ev. dicat Sacerdos. Pax tibi. Populus. Gloria tibi Domine.

etiam ipsius e coelo adventus terribilis et gloria plenissimi, offerimusque tibi haec dona ex bonis tuis, pro omnibus, ex omnibus, et in omnibus. Diaconus. Adorate Deum cum timore et tremore. — Greg. Sacerdos. Offero tibi, Domine, symbola liberationis meae: scribo opera mea secundum verba tua: Tu es qui dedisti mihi hoc ministerium plenum mysterio: dedistique mihi participationem corporis tui in pane et vino. Populus. Credimus. Sacerdos. Nam ea nocte in qua tradi voluisti, voluntate et potestate tua sola, accepisti panem in manus tuas sanctas, puras, immaculatas, beatas et vivificantes. Populus. Credimus ita esse. Sacerdos. Et suspexisti in coelum ad Patrem tuum Deum, ac Dominum omnium, et gratias egisti. Populus. Amen. Sacerdos. Et benedixisti illum. Populus. Amen. Sacerdos. Et sanctificasti illum. Populus. Amen. Sacerdos. Et fregisti illum, et dedisti illum tuis gloriosis discipulis sanctis, et Apostolis puris dicens: Accipite, manducate ex eo omnes: Hoc est enim corpus meum quod frangitur pro vobis, et pro multis dabitur, in remissionem peccatorum: hoc facite in meam commemorationem. Populus. Ita est in rei veritate. Amen. Sacerdos. Similiter postquam comederunt, accepisti calicem, et miscuisti eum ex fructu vitis et aqua; et gratias egisti. Populus. Amen. Sacerdos. Et benedixisti illum. Populus. Amen. Sacerdos. Et sanctificasti illum. Populus. Amen. Sacerdos. Et gustasti, et dedisti illum tuis gloriosis discipulis sanctis, et Apostolis puris dicens: Accipite, bibite ex eo omnes. Hic est enim sanguis meus novi Testamenti, qui effunditur pro vobis, et pro multis datur in remissionem peccatorum: hoc facite in meam commemorationem. Populus. Ita quoque est in rei veritate. Sacerdos. .Quotiescumque enim manducaveritis ex hoc pane, et biberitis ex hoc calice, annunciabitis mortem meam et confitebimini resurrectionem meam, et mei memoriam facietis, donec veniam. Populus. Mortem tuam, Domine, annunciamus et sanctam resurrectionem tuam, et ascensionem confitemur; te laudamus, tibi gratias agimus, et te deprecamur, Domine Deus noster. Sacerdos. Et nunc etiam, Domine, memoriam agimus descensus tui ad terram, et mortis tuae vivificantis, et sepulturae tuae triduanae, et resurrectionis a mortuis, et ascensionis ad coelos, et sessionis tuae ad dexteram Patris tui, et adventus tui secundi de coelis tremendi et gloriosi: offerimusque tibi haec dona tua, ex iis quae tua sunt, pro omnibus, et propter omnia, et in omnibus. Diaconus. Adorate Deum cum timore et tremore. — Cyr. Quippe Filius tuus unigenitus Dominus, Deus, Salvator et rex noster omnium Iesus Christus, ea nocte qua tradidit se ipsum, ut pateretur pro peccatis nostris, ante mortem, quam propria sua voluntate suscepit pro nobis omnibus. Populus. Credimus. Sacerdos. Accepit panem in manus suas sanctas, immaculatas, puras, beatas, et vivificantes, et suspexit in coelum, ad te Deum Patrem suum, et omnium Dominum, et gratias egit. Populus. Amen. Sacerdos. Et benedixit illum. Populus. Amen. Sacerdos. Et sanctificavit illum. Populus. Amen. Sacerdos. Et fregit illum, et dedit illum suis discipulis sanctis, et Apostolis puris dicens: Accipite, manducate ex eo vos omnes, Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur, et pro multis traditur in remissionem peccatorum; hoc facite in meam commemorationem. Populus. Amen. Sacerdos. Similiter et calicem post coenam, miscuit vino et aqua: et gratias egit. Populus. Amen. Sacerdos. Et benedixit eum. Populus. Amen. Sacerdos. Et sanctificavit eum. Populus. Amen. Sacerdos. Et gustavit, deditque eum suis, praeclaris, sanctis discipulis, et Apostolis dicens: Accipite, bibite ex eo vos omnes: Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis effunditur et pro multis dabitur in remissionem pec-

ριος, καὶ ὁ θεὸς καὶ παμβασιλεὺς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδου ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ τὸν ὑπὲρ πάντων ὑψίστατον * θάνατον σαρκί,[1]) συνανακλιθεὶς μετὰ τῶν ἁγίων καὶ ἀχράντων καὶ ἀμώμων αὐτοῦ χειρῶν,[2]) ἀναβλέψας εἰς τὸν ἴδιον πατέρα, θεὸν δὲ ἡμῶν καὶ

1) Nihil deest sed ita legendum: *εἰς τὸν ὑπὲρ πάντων ὑψίστατον θάνατον σαρκί.* Vox *ὑψίστατος* uti saepe apud Tragicos vim habet extremi horrendi: dein prolixe significat Christum in cruce exaltatum. 2) Nealius: *σὺ μετὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ μαθητῶν καὶ ἀποστόλων λαβὼν ἄρτον μετὰ τῶν κτλ.* Eadem supplet versio Ioannis a S. Andrea latina.

---

catorum: Hoc facite in meam commemorationem. Populus. Amen. Sacerdos. Quotiescumque enim manducabitis ex hoc pane, et bibetis ex hoc calice, annunciate mortem meam, et confitemini resurrectionem meam, et memoriam mei agite, donec veniam. Populus. Mortem tuam annunciamus, Domine. Sacerdos. Nunc, Deus Pater omnipotens, annunciamus mortem unigeniti Filii tui Domini, Dei, Salvatoris, et regis nostri omnium Iesu Christi: et confitemur resurrectionem eius sanctam, et ascensionem eius sursum in coelos, sessionemque eius ad dexteram tuam, o Pater, et exspectamus adventum eius secundum, quo venturus est ex coelis, terribilem et gloria plenum, in fine huius saeculi: in quo veniet ad iudicandum orbem in aequitate: et dabit unicuique secundum opera sua sive bonum, sive malum. Populus. Secundum misericordiam tuam, Domine, et non secundum peccata nostra. Sacerdos. Tu es coram cuius gloria haec sancta dona proposimus, ex illis quae tua sunt, Pater sancte. Diaconus. Adorate Deum cum timore. — Aeth. Sacerdos. Vere pleni sunt coeli et terra sanctitate gloriae tuae, per Dominum, et salvatorem nostrum Iesum Christum, cum Spiritu sancto, in saecula saeculorum. Amen. Sanctus Filius tuus, qui venit et natus est ex Virgine, ut voluntatem tuam perficeret, populumque sanctum tibi constitueret. Hic Sacerdos manus suas imponet thuribulo, moxque eas extendet super oblatam. Populus. Secundum misericordiam tuam Deus, et non secundum nequitias nostras, Et dicitur ter. Sacerdos. Extendit manus suas ad passionem; passus est, ut passiones solveret, eorum qui sperant in te: qui tradidit se ipsum voluntate propria, ad patiendum, ut mortem destrueret et vincula satanae dissolveret, infernum calcaret: testamentum suum constitueret, et resurrectionem suam manifestaret, Ea ipsa nocte in qua traditus est, accepit panem in manus suas sanctas, beatas et immaculatas, aspexit in coelum, ad te Patrem suum, gratias egit, benedixit, sanctificavit, et dedit discipulis suis dicens: accipite, manducate ex eo vos omnes: Hic panis est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. Amen. Populus. Amen. Amen. Amen. Credimus et certi sumus, laudamus te Domine Deus noster, hoc est vere, et ita credimus, corpus tuum. Sacerdos. Similiter calicem gratiarum actionis benedixit et sanctificavit et dixit illis: Accipite, bibite ex eo vos omnes. Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur, pro redemtione multorum. Amen. Populus ad Calicem dicet. Amen. Vere est sanguis tuus, credimus. Sacerdos. Et quotiescumque id feceritis memoriam mei facietis. Populus. Mortem tuam annuntiamus Domine, et resurrectionem tuam sanctam credimus, ascensionem tuam et adventum tuum secundum: rogamus te Domine Deus noster: hoc vere ita esse credimus. Sacerdos. Nunc etiam Domine memoriam agentes mortis et resurrectionis tuae, offerimus tibi hunc panem et hunc calicem: gratias agentes tibi, quod per ea dignos fecisti nos standi coram te, tibique sacerdote ministerium exhibendi.

θεὸν τῶν ὅλων, εὐχαριστήσας, εὐλογήσας, ἁγιάσας, κλάσας, διέδωκε τοῖς [ἁγίοις καὶ μακαρίοις] αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις, εἰπών. Ἐκφώνως. *Λάβετε, φάγετε.*

Ὁ διάκονος.

Ἐκτείνατε.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως.

Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον καὶ διαδιδόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν

Ὁ λαός.

Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς λέγει ἐπευχόμενος.

Ὡςαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι λαβών, καὶ κεράσας ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν πρὸς σὲ τὸν ἴδιον πατέρα, θεὸν δὲ ἡμῶν καὶ θεὸν τῶν ὅλων, εὐχαριστήσας, εὐλογήσας, πλήσας πνεύματος ἁγίου, μετέδωκε τοῖς [ἁγίοις καὶ μακαρίοις] αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις, εἰπών, Ἐκφώνως. *πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες.*

Ὁ διάκονος.

Ἔτι ἐκτείνατε.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως.

Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον καὶ διαδιδόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Ὁ λαός.

Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς εὔχεται οὕτως.

Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, πίνητε δὲ καὶ ποτήριον τοῦτο, τὸν ἐμὸν θάνατον καταγγέλλετε, καὶ τὴν ἐμὴν ἀνάστασιν καὶ ἀνάληψιν ὁμολογεῖτε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθω. Τὸν θάνατον, δέσποτα κύριε παντόκρατορ ἐπουράνιε βασιλεῦ, τοῦ μονογενοῦς σου. Υἱοῦ, κυρίου δὲ καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καταγγέλλοντες, καὶ τὴν τριήμερον καὶ μακαρίαν αὐτοῦ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ὁμολογοῦντες, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ὁμολογοῦμεν, καὶ τὴν ἐκ δεξιῶν σου τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς καθέδραν, καὶ τὴν δευτέραν καὶ φρικτὴν

*καὶ φοβερὰν αὐτοῦ παρουσίαν ἀπεκδεχόμενοι, ἐν ᾗ μέλλει ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ * νεκροὺς ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἀποδοῦναι.*[1])

XVII. *Σοὶ κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν δώρων προεθήκαμεν ἐνώπιόν σου. Καὶ δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε φιλάνθρωπε ἀγαθέ, ἐξαπόστειλον ἐξ ὕψους τοῦ ἁγίου σου, ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου σου, ἐκ τῶν ἀπεριγράπτων κόλπων, αὐτὸν τὸν παράκλητον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας [τὸν ἅγιον,*[2]) *τὸν κύριον, τὸν ζωοποιόν, τὸν ἐν νόμῳ καὶ προφήταις καὶ ἀποσπόλοις λαλῆσαν, τὸ πάνταχοῦ παρὸν καὶ τὰ πάντα πληροῦν, ἐνεργοῦν τε αὐτεξουσίως, οὐ διακονικῶς, ἐφ' οὓς βούλεται τὸν ἁγιασμὸν εὐδοκίᾳ τῇ σῇ, τὸ ἁπλοῦν τὴν φύσιν, τὸ πλημερὲς τὴν ἐνέργειαν, τὴν τῶν θείων χαρισμάτων πηγήν· τὸ σοὶ ὁμοούσιον· τὸ ἐκ σοῦ ἐκπορευόμενον, τὸ σύνθρονον τῆς βασιλείας σου, καὶ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ]. Ἔτι δὲ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τοὺς ἄρτους τούτους, καὶ ἐπὶ τὰ ποτήρια ταῦτα, τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον,*[3]) *ἵνα αὐτὰ ἁγιάσῃ καὶ τελειώσῃ, ὡς παντοδύναμος θεός. Ἐκφώνως. καὶ ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον σῶμα.*

Ὁ λαός.

Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως.

Τὸ δὲ ποτήριον, αἷμα τῆς καινῆς διαθήκης, αὐτοῦ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος, καὶ παμβασιλέως ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ὁ διάκονος.

Κατέλθετε οἱ διάκονοι.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως.

Ἵνα γένωνται πᾶσιν ἡμῖν ἐξ αὐτῶν μεταλαμβάνουσιν εἰς πίστιν, εἰς νῆψιν, εἰς ἴασιν, εἰς σωφροσύνην, εἰς ἁγιασμόν, εἰς ἐπανανέωσιν ψυχῆς, σώματος καὶ πνεύματος, εἰς

1) Nealius supplet.: *ἀπ. ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.* Suadet coniecturam Liturgia Cyrilli. 2) Nealius: *τὸ ἅγιον — τὸ ζωοπ. — τὸ λαλῆσαν.* 3) Nealius supplet. *κατάπεμψον* sed spuria periodo rescissa apte pertinet *ἐξαπόστειλον* ad ea quae sequuntur.

Cap. XVII. XVIII. XIX. Iac. 31—39. cf. p. 69. Bas. Invocationem Sancti Spiritus excipiunt Commemorationes, apud Marcum et Cyrillum Praefationi intersertae, plures Orationes ante fractionem Hostiae, Pater Noster cum subsequente Oratione. Similia praebet Greg. Aethiopes orationem dominicam orant demum communione peracta.

κοινωνίαν μακαριότητος ζωῆς αἰωνίου καὶ ἀφθαρσίας, εἰς δοξολογίαν τοῦ παναγίου σου ὀνόματος, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἵνα σου καὶ ἐν τούτῳ, καθὼς καὶ ἐν παντί, δοξάσθῃ, καὶ ὑμνήθῃ[1]) τὸ πανάγιον καὶ ἔντιμον καὶ δεδοξασμένον σου ὄνομα σὺν Ἰησοῦ Χριστῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι.

Ὁ λαός.

Ὥςπερ ἦν καὶ ἔστιν.

Ὁ ἱερεύς.

XVIII. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ διάκονος.

Προςεύξασθε.

Ὁ ἱερεὺς εὔχεται καθ' ἑαυτόν.

Θεὲ φωτός, γέννητορ ζωῆς, ἀρχηγὲ χάριτος, ποιητὰ αἰώνων, θεμελιωτὰ γνώσεως, δωρετὰ σοφίας, θησαυρὲ ἁγιωσύνης, διδάσκαλε εὐχῶν καθαρῶν, ψυχῆς εὐεργέτα, ὁ τοῖς ὀλιγοψύχοις εἰς σὲ πεπειθῶσι διδοὺς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακῦψαι· ὁ ἀναγαγὼν ἡμᾶς ἐξ ἀβύσσου εἰς φῶς, ὁ δοὺς ἡμῖν ἐκ θανάτου ζωήν, ὁ χαρισάμενος ἡμῖν ἐκ δουλείας ἐλευθερίαν, ὁ τὸ ἐν ἡμῖν σκότος τῆς ἁμαρτίας διὰ τῆς παρουσίας τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ λύσας, αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα κύριε διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ παναγίου σου πνεύματος, καταύγασον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν, εἰς τὸ μεταλαβεῖν ἀκατακρίτως τῆς[2]) ἀθανάτου καὶ ἐπουρανίου ταύτης τροφῆς· καὶ ἁγίασον ἡμᾶς ὁλοτελῶς ψυχῇ, σώματι καὶ πνεύματι, ἵνα μετὰ τῶν ἁγίων σου μαθητῶν καὶ ἀποστόλων εἴπωμεν σοὶ τὴν προςευχὴν ταύτην, τό,

Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἐκφώνως. Καὶ καταξίωσον ἡμᾶς δέσποτα φιλάνθρωπε κύριε μετὰ παῤῥησίας, ἀκατακρίτως, ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ, ψυχῇ πεφωτισμένῃ, ἐν ἀπαισχύντῳ προςώπῳ, ἡγιασμένοις χείλεσιν, τολμᾷν ἐπικαλεῖσθαί σε τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἅγιον θεὸν πατέρα, καὶ λέγειν.

Ὁ λαός.

Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Ὁ ἱερεὺς εὔχεται.

Ναὶ κύριε, κύριε, μὴ εἰςενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Οἶδεν[3]) γάρ ἡ πολλή σου εὐ-

1) Fabric. et Nealius interserunt καὶ ἁγιάσθῃ. Ita latine Ioannes a S. Andrea. 2) Fabric. et Nealius τοῦ ἀθ. 3) Nealius οἶδε.

σπλαγχνία, ὅτι οὐ δυνάμεθα ὑπενεγκεῖν διὰ τὴν πολλὴν ἡμῶν ἀσθένειαν· ἀλλὰ ποίησον σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ἡμᾶς ὑπενεγκεῖν. Σὺ γὰρ ἔδωκας ἡμῖν ἐξουσίαν[1]) πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Ἐκφώνως. [Ὅτι σοῦ ἐστὶν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις.]

Ὁ λαός.

Ἀμήν.

Ὁ ἱερεύς.

XIX. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ διάκονος.

Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ Ἰησοῦ κλίνατε.

Ὁ λαός.

Σὺ κύριε.

Ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Δέσποτα κύριε ὁ θεός, ὁ παντοκράτωρ, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν[2]) χερουβίμ, καὶ δοξαζόμενος ὑπὸ τῶν[3]) σεραφίμ· ὁ ἐξ ὑδάτων οὐρανὸν σκευάσας, καὶ τοῖς τῶν ἀστέρων χοροῖς κατακοσμήσας· ὁ ἐν ὑψίστοις ἀσωμάτους ἀγγέλων συστησάμενος στρατιάς, πρὸς ἀεννάους δοξολογίας· σοὶ ἐκλίναμεν τὸν αὐχένα τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, τὸ τῆς δουλείας πρόσχημα σημαίνοντες, καὶ δεόμεθά σου, τὰς σκοτοειδεῖς τῆς ἁμαρτίας ἐφόδους ἐκ τῆς ἡμῶν διανοίας ἀπέλασον, καὶ ταῖς τοῦ ἁγίου σου θεοειδέσιν αὐγαῖς τὸν ἡμέτερον νοῦν καταφαίδρυνον, ὅπως τῇ γνώσει σου πληθυνόμενοι, ἀξίως μετάσχοιμεν τῶν προκειμένων ἡμῖν ἀγαθῶν, τοῦ ἀχράντου σώματος, καὶ τοῖ τιμίου αἵματος τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, τοῦ κυρίου, καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, συγχωρῶν ἡμῖν πᾶν εἶδος ἁμαρτιῶν, διὰ τὴν πολλὴν καὶ ἀνεξιχνίαστόν σου ἀγαθότητα, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ. Ἐκφώνως, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι.

Ὁ ἱερεύς.

XX. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ διάκονος.

Μετὰ φόβου θεοῦ.[4])

1) Fabric. ἐξουσίας. 2) Fabric. τόν. 3) Fabric. ὑπὸ τοῦ. 4) Nealius supplet ex Iacobo προσχῶμεν.

Cap. XX. Iac. 40. 41. Bas. Diaconus. Cum timore Deo attendamus. Populus dicet. Unus Pater sanctus. Ubi Diaconus dixerit. Cum timore, etc. Populus. Kyrie eleison

Ὁ ἱερεὺς εὔχεται.

Ἅγιε, ὕψιστε, φοβερέ, ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, κύριε, ἁγίασον ἡμᾶς τῷ λόγῳ τῆς σῆς χάριτος, καὶ τῇ ἐπιφοιτήσει

Sacerdos attollit Despoticon manibus sublatis, et inclinat se, tum clamat alta voce, Sancta Sanctis. Omnesque e populo prostrati erunt in terram super facies suas: immittetque Sacerdos Despoticon in sanguinem, extrema sui parte, formabitque cum eo crucem unam in sanguine: tum educet, et eo signabit corpus sanctum in disco, cruce una: tum signabit eum semel sanguine pretioso in modum crucis, et ita perficiet tres signationes corporis super sanguinem, et tres ex sanguine super corpus. Peractis vero signationibus tribus, mittet Despoticon in sanguinem, intra calicem dicens: Benedictus Dominus Iesus Christus Filius Dei et Spiritus sanctus. Amen. Tum accipiet Sacerdos tertiam partem in qua erat Despoticon, dividetque in tres partes: quod si fuerint magnae, franget eas in disco, et tres partes manui dextrae imponet, quam retinebit elevatam: laevam vero intra discum ,et dicet. Corpus sanctum et sanguis pretiosus, purus, verus, Iesu Christi Filii Dei nostri. Amen. Corpus et sanguis Emmanuelis Dei nostri, hoc est in rei veritate. Amen. Credo, credo, credo et confiteor, usque ad extremum vitae spiritum, hoc esse corpus vivificum Filii tui unigeniti Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi: accepit illud ex omnium nostrum Domina, Deipara, Diva et sancta Maria, et unum illud fecit cum divinitate sua, sine confusione, commistione, aut alteratione. Confessus est confessionem bonam coram Pontio Pilato, et tradidit se ipsum pro nobis super lignum crucis sanctae, sola sui ipsius voluntate, pro nobis omnibus. Vere credo ipsius divinitatem separatam non fuisse, ab ipsius humanitate, ne unica quidem hora aut nictu oculi: tradidit illud pro nobis ad salutem, remissionem peccatorum et vitam aeternam ei qui illud percipiet. Credo hoc in rei veritate ita esse. Deinde Sacerdos teget corpus sanctum velo sericeo, alio obvolvet manus suas, similiter Diaconus calicem bombycino operiet, tum Sacerdos caput inclinabit, et dicet. Omnis honor, gloria et adoratio debetur Trinitati sanctae Patri, Filio et Spiritui sancto. Deinde Sacerdos osculabitur altare, caputque inclinabit fratribus suis Sacerdotibus, et populo dextrorsum et sinistrorsum, deteget latus disci coram se, canentque ex psalmo, et dicet Sacerdos secreto Dignos fac Domine nos omnes ut corpus tuum sanctum percipiamus, et sanguinem tuum pretiosum ad mundationem corporum, animarum, spirituumque, et peccatorum nostrorum remissionem comparandam. Tum communicabit Sacerdos, corpusque et sanguinem pretiosum Sacerdoti socio distribuet, tum ministris et populo deinceps: tandemque mulieribus ex altari cum disco descendens. — Greg. Sacerdos dicit Confessionem. Corpus sanctum et sanguis pretiosus Iesu Christi Filii Dei nostri. Amen. Populus. Amen. Sanctum et pretiosum corpus et sanguis verus Iesu Christi Filii Dei nostri. Amen. Corpus et sanguis Emmanuelis Dei nostri, hoc est in rei veritate. Amen. Credo, credo, credo et confiteor usque ad ultimum vitae spiritum, hoc esse corpus vivificum, quod accepisti, Christe Deus noster, ex Domina omnium nostrum, Deipara, pura, sancta Maria, fecistique illud unum cum divinitate tua, absque confusione, commistione, aut alteratione: et confessus es confessionem bonam coram Pontio Pilato. Dedisti illud pro nobis super lignum sanctum crucis, voluntate tua sola, pro nobis omnibus. Credo divinitatem tuam separatam non fuisse ab humanitate tua, ne momento quidem aut nictu oculi. Dedisti eam pro nobis ad salutem, remissionem peccatorum et vitam aeternam iis qui ex illo communicabunt. Credo hoc vere ita esse. — Aeth. Diaconus. Aspiciamus. Sacerdos. Sancta sanctis. Populus. Unus Pater sanctus: unus Filius sanctus: unus Spiritus sanctus. Sacerdos. Dominus vobiscum. Populus. Et cum spiritu tuo. Sacerdos. Domine Iesu Christe miserere nostri: et ter a populo repli-

τοῦ παναγίου σου πνεύματος. Σὺ γὰρ εἶπας δέσποτα, ἅγιο ἔσεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιος εἰμί, κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν, ἀκατάληπτ

---

catur. Sacerdos. Corpus sanctum, pretiosum, vivum et verum Domini et salvatoris nostı Iesu Christi, quod datur ad remissionem peccatorum, et vitam aeternam suscipientibu illud cum fide. Amen. Sanguis sanctus, pretiosus, vivificns et verus Domini et salvatori nostri Iesu Christi, qui datur ad remissionem peccatorum et vitam aeternam suscipienti bus illum cum fide. Amen. Hoc est corpus et sanguis Emmanuelis, in rei veritate Amen. Credo, credo, credo, ex hoc nunc et usque in saeculum. Amen. Hoc est corpu et sanguis Domini et salvatoris nostri Iesu Christi quae accepit ex Domina omnium no strum sancta et pura Maria Virgine, fecitque illud unum cum divinitate sua, absque com mistione, aut confusione, divisione, aut alteratione divinitatis: perhibuitque bonum testi monium in diebus Pontii Pilati: et tradidit se pro nobis voluntate sua, super lignum cru cis sanctae. Amen. Credo, credo, credo, quod divisa non fuerit divinitas eius ab huma nitate eius: ne hora quidem una, aut nictu oculi. Tradidit se pro nobis ad salutem, re missionem peccatorum, et vitam aeternam, suscipientibus illa cum fide. Amen. Credo credo, credo, ex hoc nunc et usque in saeculum. Amen. Et postquam communicaveri Sacerdos corpori Christi, populo communionem distribuet dicens. Hic est panis vitae qui de coelo descendit, vere pretiosum corpus Emmanuel Dei nostri. Amen. Et qui re cipit, dicet. Amen. Diaconus praebebit calicem dicens. Hic est calix vitae, qui descendi de coelo, qui est pretiosus sanguis Christi. Et qui recipit, dicet. Amen. Amen.

Renaldotius I. p. 341: Quantum ad reliqua usque ad Liturgiae finem, nihil sin gulare occurrit quod aliqua observatione indigeat, nisi circa communionis distributionem Cum enim Copticae Liturgiae et Alexandrinae priores duae Confessionem illam eximiau de veritate corporis et sanguinis Christi in Eucharistia, integram exhibeant, in ista legun tur tantum prima verba Σῶμα ἅγιον: et ad calicem Αἷμα τίμιον. Corpus sanctum e sanguis pretiosus: quod dupliciter accipi potest. Primo, ut voces illae initium orationi solum designent, cuius reliqua pars ex alia Liturgia peti debeat. Secundo, ut pauciori bus verbis Confessio antiquitus facta fuerit, quo magis ad vetustissimam illam formam accederet, quae usurpabatur in primitiva Ecclesia, in qua dicebatur tantummodo, Corpu Christi, Amen. et Sanguis Christi, Amen. Quocumque modo haec formula intelligatur sententia est prorsus eadem. Nam veteres intellexisse id quod communicantibus praebe bant, esse corpus et sanguinem Christi, et τὸ Amen, fidem suscipientium quantum opu erat expressisse, certiori nullo argumento probari potest, quam enucleatiori illa confes sione quae sequentibus saeculis apud Aegyptios instituta est, aucta deinde singulari unio in Christo naturae confessione, quae ab aliis quam a Iacobitis proficisci non potuit, se est tamen antiqua, cum legatur Graece in duabus Basilii et Gregorii Liturgiis non minu quam in Copticis. An istis hac in parte, haec tertia similis fuerit, sciri non potest.

Nealius Tetral. Lit. p. 260 sq.: Tribus modis in oriente sacratissima perficitu actio. 1. Eo quo in nostra ecclesia: sacerdote Corpus Dominicum primum praebente dein Sanguinem. 2. Sacerdote, ut antea, Corpus Domini praebente: diacono autem San guinem in cochleari administrante. 3. Pane eucharistico in multas particulas fracto, e in calicem immisso, ambae una in cochleari fidelibus porriguntur species. Apud Alexan drinos, primo modo celebrans et diaconus, episcopus quoque, si quis adest, communi cantur; secundo, clerus; tertio, laici. Tertio modo, iam inde a S. Chrysostomi tempori bus, in laicorum communione utitur ecclesia Constantinopolitana. Sunt et Syro-Iacobita rum ecclesiae, ubi sacerdos ad populum patenam, diaconus vero calicem defert; et ill panem vino intinctam populo porrigat.

θεοῦ λόγε, τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ὁμοούσιε, συναΐδιε, καὶ σύναρχε, πρόςδεξο[1]) τὸν ἀκήρατον ὕμνον, σὺν τοῖς χερουβὶμ καὶ σεραφίμ, καὶ παρ' ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀναξίου δούλου σου, ἐξ ἀναξίων μου χειλέων βοῶντα καὶ λέγοντα.]

Ὁ λαός.

Κύριε ἐλέησον. Κύριε ἐλέησον. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως.

Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις.

Ὁ λαός.

Εἷς πατὴρ ἅγιος, εἷς Υἱὸς ἅγιος, ἓν πνεῦμα ἅγιον, εἰς ἑνότητα πνεύματος ἁγίου. Ἀμήν.

Ὁ διάκονος.

Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ ἀντιλήψεως.

Ὁ ἱερεὺς σφραγίζων τὸν λαὸν ἐκφώνως.

Ὁ κύριος μετὰ πάντων.

Καὶ κλάνει[2]) ὁ ἱερεὺς τὸν ἄρτον, καὶ λέγει.

Αἰνεῖτε τὸν θεὸν ἐν τοῖς.[3])

Καὶ μελίζει ὁ ἱερεὺς λέγων τοῖς παροῦσιν.

Ὁ κύριος εὐλογήσει καὶ συνδιακονήσει, διὰ τῆς μεγάλης.

Καὶ λέγει ὁ ἱερεύς.

Κελεύετε.

Ὁ κλῆρος.

Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κελεύει καὶ ἁγιάζει.

Ὁ ἱερεύς.

Ἰδοὺ ἡγίασται καὶ τετελείωται.

Ὁ κλῆρος.

Εἷς πατὴρ ἅγιος. τρίς.

Καὶ λέγει ὁ ἱερεύς.

Ὁ κύριος μετὰ πάντων.

Ὁ κλῆρος.

Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου.

Ὁ ἱερεὺς λέγει.

Αὐτὸς εὐλόγησεν[4]) αὐτόν.

1) Fabric. πρόςδεξαι. Assem. πρόςδεξε. Fortasse legendum: προςδέδεξο. 2) Fabric. κλάζει. 3) Nealius supplet: ἁγίοις καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ ψαλμοῦ. 4) Fabr. εὐλόγησον.

Καὶ μεταλαμβάνει ὁ ἱερεύς, εὐχ. τῆς κατὰ φιλανθρωπίας.[1])
Ἄλλως.

Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τῆς πηγῆς.

Καὶ ὅταν μεταδίδει τὸν κλῆρον, λέγει.

Σῶμα ἅγιον.

Καὶ εἰς τὸ ποτήριον λέγει.

Αἷμα τίμιον τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν.

Καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι, λέγει ὁ διάκονος.

XXI. Ἐπὶ προςευχὴν στάθητε.

Ὁ ἱερεύς.

Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ διάκονος.

Προςεύξασθε.

Ὁ ἱερεὺς εὔχεται τὴν εὐχαριστίαν.

Εὐχαριστοῦμέν σοι δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐπὶ τῇ μεταλήψει τῶν ἁγίων, ἀχράντων, ἀθανάτων καὶ ἐπουρανίων σου μυστηρίων, ὧν ἔδωκας ἡμῖν ἐπὶ εὐεργεσίᾳ καὶ ἁγιασμῷ καὶ σωτηρίᾳ τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, καὶ δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε φιλάνθρωπε, ἀγαθέ, κύριε, χάρισαι ἡμῖν τὴν κοινωνίαν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ τοῦ τιμίου

1) Fabric. εὐχέτης κατὰ φιλανθρωπίαν.

Cap. XXI. Iac. 44. Bas. post Communionem ita Liturgiam concludit. Dicet Diac. Orate pro omnibus Christianis. Oratio gratiarum actionis post Communionem. Sacerdos. Ora nostra repleta sunt etc. Oratio inclinationis post communionem. Servi tui Domine, qui tibi ministrant etc. Sacerdos dicet benedictionem. O Domine esto nobis misericors etc. Cum absolverit vasorum oblationem, bibit aquam in iis residuam dimittetque plebem benedictione recitata. — Greg. Oratio Gratiarum actionis post communionem. Gratias agimus tibi Christe Deus etc. Oratio inclinationis post communionem. Qui est et fuit etc. Alia Gratiarum actionis. Gratias agimus tibi Pater noster, sancte omnipotens etc. — Aeth. Diaconus. Orate pro nobis et pro omni populo Christiano et illorum memoriam facite, qui nobis dixerunt ut eorum recordaremur: laudate et psallite cum pace et amore Iesu Christi. Sacerdos. Quo vocasti Domine et sanctificasti etc. Domine qui aeternum lumen vitae etc. Diaconus. Gratias agamus Domino cuius sancta suscepimus etc. Sacerdos. Exaltabo te rex meus et Deus meus, et benedicam nomini tuo in saeculum et in saeculum saeculi. Populus. Pater noster, qui es in coelis, ut non inducas in tentationem. Dein Amen Populus. Pater Noster. Sacerdos. Laudem Domini etc. Populus. Pater noster. Sacerdos. Rector animarum etc. Oratio Benedictionis. Domine Deus noster etc. Hic finem habet Liturgia Patrum nostrorum apostolorum: orationes eorum et benedictiones eorum nobiscum sint. Sancta, S. S. Trinitas inexplicabilis etc. Diaconus. Inclinate capita vestra etc. Populus. Amen. Sacerdos. Benedicat nos servos suos Dominus etc.

ματος τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, εἰς πίστιν ἀκαταίσχυντον, ς ἀγάπην ἀνυπόκριτον, εἰς πλησμονὴν θεοσεβείας, εἰς ἀποροπὴν ἐναντίου, εἰς περιποίησιν τῶν ἐντολῶν σου, εἰς ἐφόιον ζωῆς αἰωνίου, εἰς ἀπολογίαν εὐπρόσδεκτον τὴν ἐπὶ τοῦ οβεροῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ σου. Ἐκφώνως. δι' οὗ καὶ ιϑ' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἰγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι.

Εἶτα ὁ ἱερεὺς στρέφεται πρὸς τὸν λαόν, λέγων.

XXII. Ἄναξ μέγιστε, καὶ τῷ πατρὶ σύναρχε,[1]) ὁ τῷ σῷ κράτει τὸν ᾅδην σκυλεύσας, καὶ τὸν θάνατον πατήσας, καὶ τὸν ἰσχυρὸν δεσμεύσας, καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐκ τάφου ἀναστήσας τῇ θεουργικῇ σου δυνάμει καὶ φωτιστικῇ αἴγλῃ τῆς σῆς ἀῤῥήτου θεότητος, αὐτὸς δέσποτα, διὰ τῆς μεταλήψεως τοῦ ἀχράντου σου σώματος καὶ τοῦ τιμίου σου αἵματος, ἐξαπόστειλον τὴν ἀόρατόν σου δεξιάν, τὴν πλήρη εὐλογιῶν, καὶ πάντας ἡμᾶς εὐλόγησον, οἰκτείρησον, σθένωσον τῇ θεϊκῇ σου δυνάμει, καὶ περίελε ἀφ' ἡμῶν τὴν κακοηθῆ καὶ ἁμαρτάδα αρκικῆς ἐπιθυμίας ἐργασίαν· καταύγασον τοὺς νοητοὺς ἡμῶν φθαλμοὺς τῆς περικειμένης ζοφερᾶς ἀνομίας, σύναψον ἡμᾶς ῷ παμμακαρίστῳ, τῷ εὐαρεστήσαντί σοι συλλόγῳ, ὅτι διὰ οῦ καὶ σὺν σοὶ τῷ πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ πνεύματι πᾶς μνος πρέπει, τιμή, κράτος, προσκύνησίς τε καὶ εὐχαριστία, ῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.]

Ὁ διάκονος.

Πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ.

Ὁ λαός.

Ἐν ὀνόματι κυρίου.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως.

XXIII. Ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ καὶ πατρός, ἡ χάρις τοῦ Υἱοῦ, υρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡ κοινωνία καὶ ἡ δωρεὰ οῦ παναγίου πνεύματος εἴη μετὰ πάντων ἡμῶν, νῦν καὶ εἰ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ λαός.

Ἀμήν.

[Εἴη τὸ ὄνομα κυρίου εὐλογημένον.

1) Fabric. συνάναρχε.

Cap. XXIII. Oratio ἔδωκας ἡμῖν κτλ. eadem est atque in Liturgia Iacobi c. 50. t non eundem tenet locum. Nam apud Iacobum dicta est μετὰ τὴν ἀπόλυσιν, in liturgia superscripta Sacerdos post hanc orationem dictam revertitur et ἀπολύει.

Ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται ἐν τῷ διακονικῷ λέγων.

Ἔδωκας ἡμῖν δέσποτα τὸν ἁγιασμὸν ἐν τῇ μετουσίᾳ τ παναγίου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ μονογεν σου Υἱοῦ, δὸς ἡμῖν τὴν χάριν καὶ τὴν δωρεὰν τοῦ παναγ πνεύματος, καὶ φύλαξον ἡμᾶς ἀμώμους ἐν τῷ βίῳ καὶ δι γησον εἰς τὴν τελείαν ἀπολύτρωσιν καὶ υἱοθεσίαν, καὶ τὰς μελλούσας αἰωνίους ἀπολαύσεις. Σὺ γὰρ εἶ ὁ ἁγιασμ ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπωμεν,[1]) τῷ πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶ τῶν αἰώνων.

Ὁ λαός.

Ἀμήν.

Ὁ ἱερεύς.

Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ λαός.

Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Καὶ ἀπολύει λέγων.

Εὐλογείτω ὁ Θεὸς ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων καὶ σκέπ καὶ διατηρῶν πάντας ἡμᾶς διὰ τῆς μεθέξεως τῶν ἁγίων τοῦ μυστηρίων, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰ νων. Ἀμήν.]

1) Fabr. *ἀναπέμπομεν.*

CAPUT IV.

LITURGIA SANCTORUM APOSTOLORUM ADAEI ET MARIS.

Iam sequitur quarta Liturgia ex illarum numero, quas matres vel normas appellamus reliquarum, deducta a S. Thaddaeo et S. Mari, Orientis, ut antiqua existimatur traditione, apostolis, et hodie cum duabus aliis anaphoris Theodori ac Nestorii usurpata a Nestorianis. Optime de officio praefatus est Nealius, ad quem Lectores transmittimus (p. 36—38. 41). Infra recusum est ex Renaldotii[1]) editione secunda Tom. I. p. 578—592: adspersimus Theodori et Nestorii in gravissimis capitibus consensum vel discrepantiam. Nec prorsus negligenda nobis ista est Malabarica missa a Nestorianis oriunda, nunc ab censoribus Romanis ad Romanos mores accommodata.

LITURGIA APOSTOLORUM SANCTORUM

SEU ORDO SACRAMENTORUM.

Cap. I. *Primo.* Gloria in excelsis Deo: *et* Pater noster qui es in coelis.

Oratio.

Robora Domine et Deus noster infirmitatem nostram per misericordiam tuam, ut administremus mysterium sanctum quod datum est ad renovationem et salutem naturae nostrae humilis: per miserationes Filii tui dilecti, omnium Domini.

---

1) Adeas doctissimi viri Dissertationem de Nestorianorum Liturgia l. c. Tom. I. p. 561—577.

Diebus communibus. Adoretur, glorificetur, laudetur, celebretur, exaltetur et benedicatur in coelo et in terra nomen adorandum et gloriosum Trinitatis tuae, semper gloriosae, Domine omnium.

Diebus communibus dicunt Psalmum, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, *integrum cum suo canone, mysterii Sacramentorum.*

Elevatio vocis. Quis praebebit iubilum etc.

Oratio.

II. Coram throno, Domine, praeclaro maiestatis tuae, et solio excelso atque sublimi gloriae tuae, et in sede terribili fortitudinis caritatis tuae altarique propitiatorio, quod voluntas tua stabilivit, in regione pascuae tuae, cum millibus Cherubim laudantibus te, et decies millibus Seraphim sanctificantibus te, accedimus, adoramus, confitemur et glorificamus te, semper, omnium Domine.

In memoriis, et sextis feriis. Nomen tuum magnum et sanctum, praeclarum et benedictum: beatum et incomprehensibile Trinitatis tuae gloriosae, et gratiam tuam erga genus nostrum, debemus quocumque tempore confiteri, adorare et glorificare, omnium Domine.

Responsorium ad cancellos, ut supra. Quis praecepit. Pontifici. Quam spirat in nobis Domine et Deus noster odor suavis dulcedinis caritatis tuae: illuminatae sunt animae nostrae, per cognitionem veritatis tuae: digni efficiamur suscipiendi manifestationem dilecti tui, de coelo sancto tuo: illic confitebimur tibi, et (interea) glorificabimus te indesinenter in Ecclesia tua coronata et plena omnibus auxiliis et omnibus bonis, quia tu es Dominus et creator omnium Pater.

III. *Oratio incensi.* Referemus hymnum Trinitati tuae gloriosae, Pater, Fili et Spiritus sancte.

Cap. III. Renaldotius l. c. Tom. II. p. 594: Paucis verbis significatur, sequentes orationes dicendas esse, quando fiunt lectiones sacrae scripturae, ex Veteri Testamento, tum ex Actis Apostolorum, Epistolis, Pauli et Catholicis: sunt autem multae orationes seu benedictiones huius generis in omnibus Liturgiis cuiuscumque ritus. In Missa Malabarica nihil occurrit circa lectiones Epistolarum, imo nec ad lectionem Evangelii, quod satis mirum, cum ex aliis Officiis constet, partem illas Liturgiae fuisse, neque sine caeremoniis et thure peractam. Eam disciplinam, licet brevius quam optandum fuisset, designant tamen nostri codices. In ea oratione quam ante Apostolum, hoc est Epistolae lectionem

Diebus ieiunii. Et propter.

In commemoratione Sanctorum. Tu Domine, vere es suscitator corporum nostrorum: tu es Salvator bonus animarum nostrarum, et conservator securus vitae nostrae: nosque oportet te perpetuo confiteri, adorare et glorificare omninm Domine.

Ad Lectiones. Sanctus, laudandus, potens, immortalis, qui in sanctis habitas, et requiescit in eis voluntas tua: respice Domine, propitius esto et miserere nostri, sicut in omnibus auxiliator es omnium Domine.

IV. *Ad Apostolum.* Illumina nobis Domine et Deus noster, motus cogitationum nostrarum, ad audiendum et intelligendum auditiones suaves mandatorum tuorum vivificantium et divinorum: et concede nobis per gratiam et misericordiam tuam ut ex illis colligamus argumentum dilectionis et spei; salutemque animae et corpori convenientem: canemusque tibi gloriam perpetuam indesinenter, et semper, omnium Domine.

Diebus ieiunii. Tibi gubernator sapiens.

V. *Descendens salutabit Evangelium, dicens hanc orationem coram altari.* Te germen praeclarum Patris tui, et imaginem

---

dici debet, occurrit una, quae aliter legitur in Missa Malabarica, et de qua dicendum est. — Additionem in Trisagio Qui crucifixus est pro nobis ignorant et aversantur Nestoriani non minus quam orthodoxi.

Cap. V. Renaldotius l. c. p. 594 sq.: Nihil praesidii hoc in loco habetur ex Missa Malabarica: sed ex paucis istis verbis intelligi potest ad Evangelii lectionem, non minus reverentiae apud Nestorianos quam alibi, fuisse adhibitum: nempe salutatum fuisse, incensatum, et cum honore praecedentibus cereis ad ambonem delatum. Proclamationem autem, cuius hoc loco mentio est, existimamus esse ipsam Evangelii recitationem quae fit alta voce in omnibus Ecclesiis. Oratio quae interponitur, in qua haec verba sunt, qui revelatus es nobis in corpore humanitatis nostrae, posset alicuius veneni suspicione laborare, quamvis Orthodoxam sententiam contineat. In istam opinionem potius eundum videtur, cum in hac Liturgia, imo in aliis duabus Theodori et Nestorii, vix quidquam quod ad haeresin insinuandam pertineat, reperiatur. — Hoc loco magnum discrimen animadvertitur inter istam et Malabaricam Liturgiam, in qua multae preces inseruntur de omnibus et pro omnibus; pro pace; pro aëris salubritate: pro Patriarcha et Ecclesiasticis ordinibus; pro Ecclesia, etc. Tum sequitur memoria B. Mariae Virginis et Sanctorum: deinde mortuorum: pro civitate et eius habitatoribus, pro infidelibus, infirmis, egenis, etc. Deinde afferuntur panis et calix, et in altari religiose collocantur: tum post multa legitur Epistola et deinde Evangelium. At scripturarum lectionem praecedit expulsio non baptisatorum. An talis fuerit Ecclesiae Malabaricae disciplina divinare non possumus: sed aliam fuisse Mesopotamenarum Ecclesiarum certissimum videtur: et forte Alexio Menesio visum est aliquid immutare, ut illatio panis et vini ad altare fieret priusquam Epistola et Evangelium legerentur, sicut in Latinis quibusdam Ecclesiis fieri solet.. Precem illam pro omnibus et de omnibus quam idcirco libri Rituales Iacobitici Catholicam vocant, dictam

personae genitoris tui, qui revelatus es in corpore humanitatis nostrae, et ortus es nobis in lumine annuntiationis tuae, te confitemur, adoramus etc.

Et post proclamationem. Te Domine Deus potens deprecamur et rogamus, perfice nobiscum gratiam tuam et effunde per manus nostras donum tuum, misericordiam, et miserationem divinitatis tuae. Sint nobis ad propitiationem delictorum populi tui, et ad remissionem peccatorum totius gregis pascuae tuae, per gratiam tuam et miserationes tuas, bone et amator hominum, Domine omnium.

VI. *Diaconi dicunt.* Inclinate capita vestra.

Sacerdos dicit Orationem secretam hanc in Bemate.

Domine Deus omnipotens, tua est Ecclesia sancta Catholica, quippe qui per passionem magnam Christi tui, emisti oves pascuae tuae, et ex gratia Spiritus sancti, ipsius qui unus est cum divinitate tua gloriosa naturae, dantur gradus ordinationis sacerdotalis verae: et per clementiam tuam Domine dignatus es imbecillitatem nostram facere membra spiritualia in corpore magno Ecclesiae tuae sanctae, ut ministraremus auxilium spirituale animabus fidelibus. Tu nunc Domine perfice nobiscum gratiam tuam, et effunde per manus nostras donum tuum: et misericordiae tuae, et clementia divinitatis tuae, sint super nos, et super populum istum quem elegisti tibi.

Elevans vocem. Et da nobis Domine per clementiam tuam, ut nos omnes simul et aequaliter omnibus diebus vitae nostrae placeamus divinitati tuae, dignique efficiamur auxilio gratiae tuae, ad offerendum tibi laudem, honorem, confessionem et adorationem, omni tempore Domine.

---

fuisse in quibusdam Ecclesiis ante oblatarum illationem, alibi monuimus, cum ita ferat Ecclesiae Alexandrinae consuetudo, cuius similem Malabaricae sequi potuerunt. Verum illationem elementorum consecrandorum fieri, ante Epistolae et Evangelii lectionem, contra Orientalem disciplinam est: multo magis expulsio Catechumenorum, antequam scripturae legerentur, cum non nisi antequam actio sacra inciperetur, nempe circa osculum pacis, solerent eiici. Ut se habet codex quem secuti interpretando sumus, disciplina quam repraesentat, confirmatur exemplo reliquarum Ecclesiarum Orientalium. Plura de caeremoniis Nestorianorum ad hanc Liturgiae partem dicere non possumus, cum Codices manuscripti nullas prope rubricas habeant: rituum Interpretes nullos huc usque viderimus. Tamen symbolum recitatum fuisse post Evangelium non dubitamus, quamvis nihil de eo occurrat, cum inter Missarum solennia apud illos cani multis autorum testimoniis constet.

VII. *Et ascendunt Diaconi ad altare et dicunt.* Qui non accepit baptismum etc.

Et incipit Sacerdos responsorium mysteriorum, inferuntque Sacrista et Diaconus discum et calicem super altare. Sacerdos manus format in modum crucis et dicit. Offerimus laudem Trinitati tuae gloriosae omni tempore et in saecula.

Et prosequitur. Christus qui immolatus est pro salute nostra, praecepitque nobis ut ageremus commemorationem mortis et resurrectionis suae, ipse suscipiat sacrificium hoc ex manibus imbecillitatis nostrae: per gratiam suam et miserationes suas in saecula. Amen.

Et prosequitur. Imponuntur mysteria praeclara, sancta et vivifica super altare Domini potentis, usque ad eius adventum, in saecula. Amen.

Lauda. Memoria tua. Pater noster. Apostoli Patris. Super altare sanctum. Qui dormierunt. Mathaeus. Marcus. Lucas etc.

LITURGIA BEATORUM APOSTOLORUM

COMPOSITA A S. ADAEO ET S. MARI ORIENTALIUM DOCTORIBUS.

VIII. *Accedit Sacerdos ad celebrandum, terque inclinatur coram altari, cuius medium osculatur: tum cornu dextrum et sinistrum, et inclinatur ad eius partem sublimiorem: Et dicit.*

Benedic Domine. Orate pro me Patres, fratres et Domini mei, ut Deus det mihi virtutem et possibilitatem, quo perficiam ministerium hoc, ad quod accessi, suscipiaturque oblatio haec ex manibus imbecillitatis meae, pro me, pro vobis, et pro toto corpore Ecclesiae sanctae Catholicae, per gratiam eius et miserationes eius in saecula. Amen.

Et respondent. Christus exaudiat orationes tuas, gratumque habeat sacrificium tuum: suscipiat oblationem tuam, honoretque sacerdotium tuum; et det nobis per mediationem tuam, veniam

---

Cap. VII. Renaldotius l. c. p. 595: Haec primis tantum vocibus designantur in manuscriptis. In Missa Malabarica ita legitur. Qui non suscepit Baptismum discedat. Chorus. Vere. Qui non suscepit illud, discedat. Sacerdos. Ite audientes et videte ostia. Ea vero verba formulam integram, ut maxime verisimile est, continent.

Cap. VIII. Docet repetita beatorum Apostolorum commemoratio, Nestorianos quoque apostolicam liturgiae suae originem accuratius ita explicasse, ut quae ad eucharistiam proxime spectarent, a SS. Thaddaeo et Mari fluxisse crediderint.

delictorum nostrorum, et remissionem peccatorum nostrorum, per gratiam suam et miserationes suas in saecula.

Mox inclinat se ad partem inferiorem, eadem pronuntiando, eodemque modo illi respondent: tum inclinatur versus altare et dicit.

Deus omnium Dominus, sit cum omnibus nobis per gratiam suam et miserationes, in saecula. Amen.

Et inclinatus ad Diaconum qui est a sinistra, dicit. Deus omnium Dominus confirmet verba tua, et praestet tibi pacem, suscipiatque oblationem hanc ex manibus meis, pro me, et pro te, pro toto corpore Ecclesiae sanctae Catholicae, et pro universo mundo per gratiam eius et miserationes eius in saecula.

Inclinat se ad altare et secreto dicit.

IX. Domine et Deus noster ne aspicias ad multitudinem peccatorum nostrorum, neque avertatur dignitas tua propter gravitatem nequitiarum nostrarum, sed per gratiam tuam inenarrabilem sanctifica sacrificium istud, et da per illud possibilitatem et virtutem, ita ut obliviscaris peccata nostra multa, sisque propitius, cum manifestaberis in fine temporum, in homine quem a nobis assumsisti, inveniamusque coram te gratiam et misericordiam, dignique efficiamur laudandi te cum coetibus intellectualibus.

Surgit et dicit hanc Orationem secreto.

Confitemur Domine et Deus noster divitias abundantes gratiae tuae erga nos: *Et prosequitur.* Qui cum peccatores et humiles essemns, propter multitudinem clementiae tuae fecisti nos dignos administrandi mysteria sancta corporis et sanguinis Christi tui. Petimus auxilium a te, ad robur animarum nostrarum, ut in caritate perfecta, et in fide vera administremus donum tuum erga nos. *Canon.* Et referemus tibi laudem, gloriam, confessionem et adorationem, nunc et semper, et in saecula saeculorum.

Signat se signo crucis et respondent. Amen.

X. *Et prosequitur.* Pax vobiscum.

Cap. X. Renaldotius l. c. p. 597 sq.: In Cod. recentiori, pro omnibus Catholicis. In Codice Eliae, et aliis, ultima vox omittitur; servari tamen potest et debet, modo deleantur puncta duo quae pluralis numeri nota sunt, et quae de suo adiecit qui alium codicem descripsit. Nam Catholica legendum est, quo nomine appellatur oratio similis,

Respondent. Tecum et cum spiritu tuo.

Et dant pacem sibi invicem et dicunt. Pro omnibus Catholicis.

Diaconus dicit. Confiteamur, rogemus, et deprecemur.

Sacerdos dicit hanc Orationem secreto.

Domine Deus potens adiuva imbecillitatem meam, per clementiam tuam, et per adiutorium gratiae tuae: meque dignum fac offerendi coram te oblationem hanc, tanquam ad commune omnium auxilium, et ad laudem Trinitatis tuae Pater, Fili et Spiritus sancte.

Alia Oratio quae dicitur etiam in Liturgia Nestorii.

Domine et Deus noster coërce cogitationes meas, ut non evagentur in vanitatibus mundi huius. Domine Deus noster da mihi ut uniar dilectioni caritatis tuae, quamvis indignus sim. Gloria tibi Christe.

Ascende in thalamum luminis praeclari tui Domine: semina in me semen bonum humilitatis: et sub alis gratiae tuae absconde me, per misericordiam tuam. Si iniquitates observaveris Domine, quis poterit consistere? quia apud te propitiatio est.

In alio Codice Sacerdos dicit hanc Orationem secreto.

Mater Domini nostri Iesu Christi, deprecare pro me Filium unigenitum qui ex te natus est, ut remittat mihi delicta, et peccata mea, et suscipiat ex manibus meis infirmis et peccatricibus sacrificium hoc quod offert imbecillitas mea, super hoc altare, per intercessionem tuam pro me, Mater sancta.

XI. *Cum dixerit Diaconus.* Vigilanter et attente, *statim sur-*

---

in qua universim pro omnibus personis et rebus preces ad Deum fiunt. Ita autem perficienda est illa oratio, ex Missa Malabarica, Pro omnibus Patriarchis, Episcopis, Presbyteris et Diaconis, et pro his qui vita functi ex hac Ecclesiae congregatione exierunt: (Et pro Beatissimo Papâ nostro) quae additio est a Lusitanis facta: proque mundi pace et anni corona, ut scilicet benedicatur et misericordia tua adimpleatur: pro omnis etiam Ecclesiae germine quod dignum reperitur, oblationem hanc quae in conspectu tuo est suscipe, etc.

Cap. XI. Renaldotius l. c. p. 598 sq.: Petamus, confiteamur et obsecremus omnes in choro Dominum: state pure et attendite his quae aguntur; tremendis mysteriis

git Sacerdos et discooperit sacramenta, auferens velum quo tegebantur: benedicit incensum et dicit Canonem, alta voce.

Gratia Domini nostri Iesu Christi: et caritas De

---

quae consecrantur. Sacerdos accessit ut oret, ut eius intercessione pax multiplicetur in vobis. Oculos vestros deorsum demittite, et mentem vestram diligenter curate in coelum levare: petite et obsecrate hoc tempore: nemoque loqui audeat: et qui orat corde oret, in silentio et tremore permanente: pax nobiscum. Ita in Missa Malabarica, satis obscure. In illis verbis latent formulae veteres hortationum a Diaconis alta voce pronunciari solitarum. Στῶμεν καλῶς, πρόσχωμεν. Apud Orientales Christianos, ut inter Graecos fieri solet, panis et calix praeter singulare velum quo uterque tegitur, maiori quod Anaphoram Syri alii vocant, operitur; tollitur autem maius illud, cum incipitur sacra actio: et de illo haec Rubrica intelligenda est, non de minoribus, Graecorum hac in parte disciplinam, quae prope eadem est fuse et accurate explicat Goarius ad Liturgiam Chrysostomi. Hinc incipit Praefatio ut vulgo dicimus. Quod autem ita Syri Orientales expresserint Graecam formulam Ἄνω τὰς καρδίας, et alia addiderint: ut illa, apud te sunt Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Israel, levis momenti est, cum sententia eadem sit. Quod sequitur Oblatio Deo omnium Domino offertur, verti potest et sane melius sacrificium Deo offertur: vox enim ipsa quae proprie et ad verbum προσφοράν, seu oblationem significat, pro sacrificio proprie dicto saepissime usurpatur. Haec vero verba in aliis Officiis non reperiuntur, sed eorum loco Gratias agamus Domino. Illud quoque singulare est in ritu Nestoriano, quod interponitur incensi impositio, et oratio secreta, ad gratiam postulandam, cum in aliis Officiis statim post Dignum et iustum est Sacerdos incipiat praefationem ab iisdem verbis, eamque uno tenore usque ad hymnum Cherubicum prosequatur. In Codicibus Ecclesiae Malabaricae legitur eadem oratio, ut sequentes, in quibus iterum commemorationes fiunt sanctorum; mox vivorum et mortuorum, quod in aliis Liturgiis observatur ante consecrationem, prolixius etiam aliquando interiectis Diaconi monitionibus ad orandum, et populi precibus, Kyrie eleison, repetentis: ut praesertim in Marci Graeca, et Cyrilli Coptica, quae sunt eadem. In Syriacis Iacobitarum statim proceditur ad consecrationem. In Ritu Latino commemorationes sanctorum, et vivorum praemittuntur, sed paucioribus verbis.

Praefatio Theodori: Sursum in excelsi sublimibus, in regione timenda gloriae, ubi non cessant Cherubim alas suas agitare, neque desinunt iubili et laudes suaves sanctificationum Seraphim, ibi sint mentes vestrae. Et respondent. Sunt apud te Deus. Sacerdos prosequitur. Oblatio viva et rationabilis primitiarum nostrarum, victimaque non immolata, et acceptabilis Filii generis nostri, pro omnibus creaturis universim, Deo omnium Domino offertur. Et respondent. Dignum et iustum est. Diaconus. Pax nobiscum. Sacerdos secreto. Dignum est Domine quotidie, et iustum omni tempore, aequumque horis omnibus gratias agere nomini tuo sancto, et adorare maiestatem tuam in omni regione et loco: te Deus Pater veritatis qui existis ab aeterno, et Filium tuum unigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, et Spiritum sanctum in saecula saeculorum: quia tu es Dominus et conditor omnium visibilium et invisibilium: qui per Filium tuum unigenitum Deum Verbum qui est lux gloriae tuae, et splendor ex te imagoque substantiae tuae, creasti et constituisti coelum et terram, et omnia quae in eis sunt. Et per Spiritum sanctum, Spiritum veritatis, qui ex te est Pater, omnes naturae rationales, visibiles et invisibiles confortantur, sanctificantur, dignaeque fiunt, referendi laudem divinitati tuae adorandae. Quia coram te Pater vere, et coram Filio tuo unigenito Domino nostro Iesu

Patris et communicatio Spiritus sancti, sit cum omnibus nobis nunc, etc.

Signat sacramenta, et respondent. Amen.

---

hristo, et coram Spiritu sancto consistunt millena millia sublimium Spirituum et decies illies decem millia Angelorum sanctorum, quorum vitae voluptas est in constanti sua ilontate, ut nomen tuum magnum et sanctum, laudatione perpetua sanctificent. Dignum iam fecisti Domine per gratiam tuam genus nostrum infirmum, hominum mortalium, ut m coetibus omnibus sublimium, maiestati tuae omnibus dominanti laudem et honorem ferrent, cum illis qui semper coram maxima sanctitate tua iubilant ad celebrandam oriam Trinitatis tuae gloriosae. Canon. Vociferantes, glorificantes indesinenter, clamanque unus ad alterum, dicentes et respondentes: Sanctus, Sanctus. Sacerdos dicit hanc ationem. Sanctus. Sanctus. Sanctus Dominus potens.

Praefatio Nestorii: Supra in excelsis sublimibus, in regione timenda et gloriosa, qua cessatio non est agitationi alarum Cherubim, et hymnorum cantuumque suavium nctificationum Seraphim, illic sint mentes vestrae. Et respondent. Ad te sunt Deus raham, Isaac et Israël, Rex gloriae. Elevat vocem, extenditque manus sursum, canit- s canonem tertium et prosequitur. Oblatio viva et rationalis primitiarum nostrarum et tima, non immolata, et acceptabilis filii generis nostri, quam Prophetae mysteriis suis signaverunt, et Apostoli manifeste praedicaverunt, et Martyres sanguine cervicum suarum quisiverunt; Doctores in Ecclesia explicaverunt: sacerdotesque super altare sanctum oblerunt et immolaverunt: Levitae brachiis suis portaverunt, populi ad expiationem delictom suorum susceperunt, pro omnibus omnino creaturis, Deo omnium Domino offertur. spondent. Dignum et iustum est. Diaconus. Recordamini dispensationis admirabilis risti Salvatoris nostri, quae pro nobis completa est, et per ortum suum abstulit laniores nostros. Decenter igitur state et orate. Pax nobis omnibus. Sacerdos. Domine us fortis, da nobis apertam faciem coram te. Et prosequitur dicendo hanc Orationem m inclinatione secreto. Te Domine fortis, existens, aeterne, Deus pater omnipotens, i es perpetuo id quod es, dignum est, decens et iustum, nos laudare, confiteri, adorare exaltare semper, et quocumque tempore. Tu enim es Deus verus, incomprehensibilis, finitus, inexplicabilis, invisibilis, non compositus, nec sensu perceptibilis, immortalis, blimis et excelsus supra cogitationem et intelligentiam omnium creaturarum: qui es in iocumque loco, nec tamen loco comprehenderis, tu et Filius tuus unigenitus et Spiritus us sanctus. Tu Domine da nobis verbum, ad ora nostra versus te aperiendum, ut offemus tibi corde contrito, et in spiritu humilitatis, fructus spirituales labiorum nostrorum, inisterium rationabile: tu es enim Deus noster, et pater Domini regis et Salvatoris nori Iesu Christi, spei nostrae: in quo absconditi sunt omnes thesauri sapientiae et sciene; et per quem accepimus cognitionem Spiritus sancti, Spiritus veritatis qui a te Patr ocedit, et est ex natura abscondita divinitatis tuae. Ipse est per quem naturae omnes tionales visibiles et invisibiles, roborantur, sanctificantur et perficiuntur. Et tibi, Filioe tuo unigenito, et Spiritui tuo sancto, laudes perpetuas offerunt quocumque tempore, ia omnes opus tuum sunt. Tu enim ex nihilo nos ut essemus produxisti, et ordiasti. Offendimus et cecidimus; atque vetustate consumtos iterum nos renovasti, existi et acquisivisti, neque cessasti quin visitares nos omnes cum magna cura. Adeo nos ad coelum ascendere feceris, et regnum venturum tuum per misericordiam tuam obis dederis. Et propter omnia beneficia tua erga nos, gratias agimus tibi Deus Pater re, et Filio tuo unigenito, et Spiritui tuo vivo et sancto; adoramusque te propter omnia

Sacerdos prosequitur. Sursum sint mentes vestrae.

Respondent. Sunt ad te Deus Abraham, Isaac, et Israël Rex gloriose.

Sacerdos. Oblatio Deo omnium domino offertur.

Respondent. Dignum et iustum est.

Diaconus. Pax nobiscum.

Sacerdos imponit incensum et dicit hanc Orationem.

Domine, Domine da mihi apertam faciem coram te, ut cum fiducia quae a te sit, perficiamus sacrificium hoc tremendum et divinum, conscientiis ab omni nequitia et amaritudine puris. Semina in nobis Domine dilectionem, pacem et concordiam ad invicem, et erga quoscumque.

Et erectus dicit secreto. Dignum est gloria ab omni ore, et confessione, ab omnibus linguis, et adoratione atque exaltatione ab omnibus creaturis, nomen adorandum et gloriosum Patris, et Filii, et Spiritus sancti: qui creavit mundum per gratiam suam, et habitatores eius per clementiam suam, qui salvavit homines per misericordiam suam, et praestitit gratiam magnam erga mortales. Maiestatem tuam Do-

---

beneficia tua, quae contulisti nobis, tam ea quae scimus, quam quae ignoramus, manifesta et secreta. Gratias quoque agimus tibi propter hoc ministerium, deprecantes te ut suscipias illud ex manibus nostris: quis enim sufficiat ad enarranda miracula potestatis tuae, et auditas faciat omnes laudes tuas? quia etiamsi creaturae omnes os unum essent et una lingua, non sufficerent Domine ad loquendum de maiestate tua. Canon. Quia coram Trinitate tua Domine, consistunt millies mille, et decies millies, decem mille Angeli: omnesque simul pariter volantes incessanter et perpetuo, voce alta et indesinenti laudem canunt, iubilant, clamantes unus ad alterum dicentes et respondentes: Sanctus, Sanctus etc. Sacerdos profunde inclinat se dicendo hanc Orationem. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus fortis, eius pleni sunt coeli et terra. — Hanc Nestorii haeresi contaminatum esse docet Renaldotius l. c. p. 637: In duabus primis Liturgiis nihil reperitur quod ad Nestorianae haeresis significationem pertineat, quodve ad Orthodoxam sententiam levi, nec coacta interpretatione non facile reducatur. At in ista quae vel hoc solo indicio aliis recentior demonstratur, non obscura deprehenduntur erroris indicia. Quod dicitur Dei Filius assumsisse hominem perfectum ex anima rationali, intelligente et immortali: et corpore mortali hominum, rectum est, Symbolo quod Athanasii vulgo dicitur, et a Graecis Latinisque recipitur conforme. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali et humana carne subsistens. Quae sequuntur licet quodam intelligendi modo vera sint, ex ore Nestorianorum prolata totam illorum haeresin complectuntur.

mine benedicunt et adorant, millies milleni superni (Spiritus) et decies mille myriades Angelorum Sanctorum, exercitus spiritualium, ministri ignis et spiritus; cum Cherubim sanctis, et Seraphim spiritualibus, nomen tuum sanctificant et celebrant, clamantes, et laudantes, indesinenter clamando alter ad alterum.

Dicunt alta voce. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus potens, pleni sunt coeli et terra gloria eius.

Sacerdos secreto. Sanctus, Sanctus, Sanctus es, Domine Deus potens, cuius gloria pleni sunt coeli et terra, et natura substantiae eius: ut honore splendoris eius gloriosi: (sicut scriptum est) coelum et terra plena mei sunt, dicit Dominus potens. Sanctus es Deus Pater, vere solus, a quo omnis paternitas in coelo et in terra nominatur. Sanctus es Fili aeterne, per quem omnia facta sunt. Sanctus es Spiritus sancte, aeterne, per quem omnia sanctificantur. Vae mihi, vae mihi, qui obstupui, quia vir pollutus labiis ego sum et inter populum pollutum labiis habito, et Regem Dominum potentem viderunt oculi mei. Quam terribilis est hodie locus iste; non est hic aliud nisi domus Dei et porta coeli, quia oculo ad oculum visus es Domine. Nunc vero adsit nobiscum gratia tua, Domine, purga immunditias nostras, cum sanctificatione Seraphim et Archangelorum. Gloria miserationibus tuis, quia terrenos sociasti cum spiritualibus.

Et prosequitur secreto dicens inclinatus hanc Orationem.

XII. Et cum illis Potestatibus coelestibus confitemur tibi, nos etiam servi tui, tenues, imbelles et infirmi, quia praestitisti nobis gratiam tuam magnam, quae rependi non potest. Nempe induisti humanam naturam nostram: ut vitam nobis praestares per divinitatem tuam: exaltasti humilitatem nostram: erexisti ruinam nostram: resuscitasti mortalitatem nostram: dimisisti peccata nostra: et iustificasti reatum peccatorum nostrorum: illuminasti intelligentiam nostram, et condemnasti Domine Deus noster inimicum, et triumphare fecisti tenuitatem naturae imbellis nostrae. Per miserationes effusas gratiae tuae, o clemens, remitte delicta et peccata: dimitte delicta mea, in iudicio. Et propter omnia auxilia tua, et gratias tuas erga nos, referemus tibi

hymnum, honorem, confessionem, et adorationem, nunc et semper, et in saecula saeculorum.

Sacerdos signat Sacramenta. Respondetur. Amen.

Diaconus. In mentibus vestris. Orate pacem nobiscum.

Sacerdos dicit hanc Orationem, inclinatus et submissa voce.

Domine Deus potens, suscipe hanc oblationem, pro omn Ecclesia sancta Catholica, et pro omnibus Patribus piis et iusti qui placiti fuerunt tibi, et pro omnibus Prophetis et Apostolis et pro omnibus Martyribus, et Confessoribus, et pro omnibu lugentibus, angustiatis et aegrotis, et pro omnibus necessitaten et vexationem patientibus, et pro omnibus infirmis et oppressis et pro omnibus defunctis, qui a nobis separati migraverunt: tun pro omnibus qui petunt orationem ab infirmitate nostra, et pr me peccatore humili et infirmo. Domine Deus noster, secundum miserationes tuas, multitudinemque gratiarum tuarum, aspic populum tuum, et me infirmum, neque secundum peccata mea et insipientias meas: sed ut digni fiant remissione peccatorun suorum, per corpus hoc sanctum, quod cum fide accipiunt, pe gratiam misericordiae tuae in saecula saeculorum. Amen.

In alio codice ita incipit illa Oratio.

Domine Deus potens, exaudi vocem clamoris mei coram t hoc tempore: intende Domine et audi gemitus meos coram maiestate tua, suscipeque deprecationem mei peccatoris, qua interpello gratiam tuam, hac hora qua offertur sacrificium patri tuc Miserere omnium creaturarum: parce reis, converte errantes; oppressos recrea; turbatis quietem praesta: sana infirmos: consolare afflictos; et perfice eleemosynas eorum qui operantur iustitiam, propter nomen tuum sanctum. Mei quoque peccatori miserere per gratiam tuam. Domine Deus potens, suscipiatu oblatio haec pro universa Ecclesia sancta Catholica, et pro Sacerdotibus, Regibus, principibus, *et reliqua ut supra.*

Sacerdos dicit hanc Orationem inclinationis secreto.

XIII. Tu Domine per miserationes tuas multas et inenarrabiles, fac memoriam bonam et acceptabilem omnibus patribu

---

Cap. XIII. Renaldotius, strenuus orientalium rituum patronus ac vindex hac monet: In hac oratione (Et veniat Domine Spiritus Sanctus) observanda sunt multa qu

piis et iustis, qui placiti fuerunt coram te in commemoratione corporis et sanguinis Christi tui, quod offerimus tibi super al-

---

maximi ad Liturgias explicandas momenti sunt. Continet illa Invocationem Spiritus sancti super dona proposita, illisque propemodum verbis, quibus in aliis Graecis Orientalibusque Liturgiis exprimitur; nisi quod pars illius posterior, in qua dicitur, et hunc quidem panem faciat corpus Christi, et quod in calice est sanguinem Christi, non adiungitur. Sed verba ista ut eam oblationem benedicat et sanctificet, eamdem potestatem habent. Est autem haec Invocatio eo Liturgiae loco posita, quo antiquitus illam fuisse nonnulli voluerunt, ut inter alios Neophytus Rhodinus, et obscuriores non pauci, qui Invocationem qualis extat in Basilii Chrysostomique Liturgiis, transpositam existimaverunt, paucis tamen persuaserunt. Ita quippe, quod magno conatu amoliendum censuerunt, non spectabit Invocatio ad perficiendam consecrationem, quia dicta erit ante verba Dominica: neque enim orari posse super donis iam consecratis, capere unquam potuit illorum hominum Theologia. Hanc Invocationem si vidissent, magnas haec Liturgia laudes ab illis consecuta fuisset, omnesque ex illa reformandas pronuntiare non dubitassent, adeo haeret animis illorum haec opinio. At veteres illi Syri quorum Ritus Nestoriani proprios sibi fecerunt, et recentiores qui illa Officia scripta reliquerunt, aut non sibi constabant, aut aliter sentiebant, cum si in prima ista Liturgia Invocatio Spiritus sancti super dona proposita fiat, ante pronuntiata Christi verba, neque similis altera deinceps praescribatur, in duabus alteris Theodori et Nestorii, eidem loco assignatur, quo extat in Graecis, et Orientalibus Liturgiis, ipsisque verbis, quae novam, ut aiunt, Graecorum haeresin aperte confirmant. Imo in Missa Theodori interiiciuntur orationes multae inter Christi verba et Invocationem, quod non occurrit in aliis. Ex sola Malabaricae Missae Latina versione, ut etiam ex Codice scripto manu Iosephi Patriarchae suspicio nasci poterat suppressam fuisse aut transpositam Invocationem, ex praeiudicata opinione, cuius fundus fuit Turrecrematae disputatio Florentiae, cuius tamen ratio habita non est, cum ut aliquis de hoc argumento articulus synodali Decreto insereretur, obtinere non potuerit. At cum non aliter se habeant Codices in Mesopotamia scripti, nullus huic coniecturae locus est. Neque tamen ulla inde suspicio nasci potest, adversus duas alteras Liturgias, quae cum aliis omnibus consentiunt. Neque omisissent Censores Lusitani, Invocationem Graecae similem, teterrima aliqua nota configere, quod tamen non fecerunt. Unde certo colligi posse videtur, lectionem librorum Ecclesiae Malabaricae eamdem fuisse quae in nostris observatur, nihilque deesse. Patet etiam Invocationem Spiritus sancti quae in reliquis omnibus Liturgiis occurrit post pronuntiata Christi verba, non ita necessariam visam fuisse ad consecrationem perficiendam, ut absque illa consecratio nulla esset, aut in ea consisteret, quod nonnulli scripserunt. Nam ritus ille cum antiquissimus sit, nec a Nestorianis adinventus, sed ab antiquis Ecclesiis Syriacis acceptus, non mediocrem habet autoritatem: et illa tamen oratione caret.

Nealius History etc. I. p. 505: „The three Liturgies of the Nestorian family have a strong family likeness, though not without great differences. They all agree in misplacing the invocation not only after the intercession for quick and dead, but even after the prayer of inclination: they are none of them broken by responds, and they all begin with the same formula; "And let Thy Holy Spirit, O Lord, descend," etc. That of the Apostles is extremely vague and unsatisfactory; "And let Thy Holy Spirit come, O Lord, and rest on this oblation of Thy servants which they offer, and bless and sanctify it." And this is the more extraordinary, if we remember that the words of institution are not

tare tuum purum et sanctum, sicut docuisti nos: et praesta nobis tranquillitatem tuam, omnibus diebus saeculi huius.

Prosequitur. Domine Deus noster praesta nobis tranquillitatem et pacem tuam, omnibus diebus saeculi huius: ut cognoscant te omnes habitatores terrae: quia tu es Deus Pater verus solus; et tu misisti Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum et dilectum tuum; et ipse Dominus et Deus noster venit et docuit nos omnem puritatem et sanctitatem: Memoriam fac Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Episcoporum, Doctorum, Sacerdotum, Diaconorum, et omnium filiorum Ecclesiae sanctae Catholicae, qui obsignati sunt signo vitae, Baptismatis sancti. Nos quoque Domine.

Prosequitur. Servi tui humiles imbecilles et infirmi qui congregati sumus in nomine tuo, nuncque stamus coram te, et accepimus cum iubilo formam quae a te est, laudantes, glorificantes et exaltantes, commemoramus, et celebramus, mysterium hoc magnum et tremendum, sanctum et divinum, passionis, mortis, sepulturae et resurrectionis Domini, et Salvatoris nostri Iesu Christi.

Et veniat Domine Spiritus tuus sanctus, et requiescat super oblationem hanc servorum tuorum, quam offerunt, et eam benedicat et sanctificet, ut sit nobis Domine, ad propitiationem delictorum, et remissionem peccatorum, spemque magnam resurrectionis a mortuis, et ad vitam novam in regno coelorum, cum omnibus qui placiti fuerunt coram eo. Et propter universam dispensationem tuam mirabilem erga nos, confitebimur tibi, et glorificabimus te indesinenter, in Ecclesia tua, redemta per sanguinem pretiosum Christi tui, oribus apertis, et facie libera: *Canon:* referentes hymnum, honorem, confessionem et adorationem nomini tuo sancto vivo et vivificanti, nunc et semper, et in saecula saeculorum.

Sacerdos signat cruce mysteria: et respondent. Amen.

---

recited in this Liturgy. Theodore the interpreter, except that it consists of but one clause, has nothing remarkable: but that of Nestorius is unique in following the Constantinopolitan family by the insertion of the clause of transmutation; "And let the grace of Thy Holy Spirit, O Lord, come and dwell and rest on this oblation which we offer before Thee: and may sanctify and make it, the bread and the cup, the Body and Blood of our Lord Jesus Christ, thus sanctifying them, and transmuting them by the virtue of the Holy Ghost."

Sacerdos inclinat se et osculatur altare, primum in medio, tum ad duo latera dextrum et sinistrum, dicitque hanc Orationem.

In alio codice: dicit Psalmum. Miserere mei Deus, *usque ad haec verba,* et iniqui ad te convertentur. Ad te levavi oculos meos, *usque ad* Miserere nostri Domine, miserere nostri. Extende manum tuam, et salvet me dextera tua Domine: permaneant super me Domine, miserationes tuae in saeculum, et opera manuum tuarum ne despicias.

Tum dicit hanc Orationem.

XIV. Christe pax superiorum, et tranquillitas magna inferiorum, fac ut habitet tranquillitas et pax tua in quatuor partibus

---

Cap. XIV. Renaldotius l. c. p. 600: In aliis Liturgiis, quamvis semper toto Officii decursu Diaconus incensum adoleat, tamen Sacerdos post Praefationem raro id facit, et fere nunquam. Itaque et haec quoque singularis est Nestorianae Ecclesiae consuetudo, ut post Sanctus, thus adhibeatur: sed hoc inter ἀδιάφορα censendum est.

Canon Theodori: Vere Domine sanctus es et laudandus in aeternum. Sanctus es Deus Pater verus solus, sanctus quoque est Spiritus sanctus: natura divina, et non facta: omnium conditor, qui naturaliter, et omnino vere sanctus es: et sanctum nomen eius, et sancta inhabitatio eius: qui etiam vere sanctificat omnes quicumque digni sunt suscipere donum gratiae eius. Et referimus tibi laudem, gloriam, gratiarum actionem, et adorationem, Patri, et Filio et Spiritui sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Adoramus te Domine, et gratias agimus tibi, et glorificamus te propter omnia tua beneficia erga nos: quia creasti nos ex nihilo, dignosque fecisti nos honore magno libertatis et intelligentiae: qui perpetuo et erga unumquemque curam habes conservandae vitae nostrae. Coram nomine magno tuo et tremendo genua flectimus, et adoramus; nobiscumque laudant et gratias agunt coetus omnes sublimium, quod propter gratiam tuam ineffabilem erga nos homines, et propter nostram salutem, unigenitus Deus Verbum, cum imago Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed se ipsum exinanivit, et similitudinem servi accepit, descenditque de coelo, induitque humanitatem nostram, corpus mortale et animam rationalem, intelligentem et immortalem ex Virgine sancta, per virtutem Spiritus sancti: et per illud perfecit et complevit omnem dispensationem hanc magnam, et mirabilem quae dudum praeparata erat per praescientiam tuam ante constitutionem mundi. Eam quoque complevisti postmodum temporibus ultimis per Filium tuum unigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter: ipseque est caput Ecclesiae et primogenitus ex mortuis: et ipse est perfectio omnium, a quo omnia perficiuntur. Ipse per Spiritum aeternum, se ipsum obtulit immaculatum Deo, et sanctificavit nos per oblationem corporis sui semel factam, et pacificavit per sanguinem crucis suae, quae in coelis, et quae in terris sunt. Qui traditus est propter peccata nostra et resurrexit ut iustificaret nos. Qui cum Apostolis suis ea nocte qua traditus est, celebravit mysterium hoc magnum, tremendum, sanctum et divinum: accipiens panem benedixit et fregit, deditque discipulis suis et dixit. Hoc est

mundi, praecipue autem in Ecclesia tua sancta Catholica: fac ut pacem habeat Sacerdotium, cum Imperio: cessare fac bella a

---

corpus meum quod pro vobis frangitur, in remissionem peccatorum. Similiter et calicem: Gratias egit, et dedit illis dixitque. Hic est sanguis meus Novi Testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Accipite igitur vos omnes, edite ex hoc pane, et bibite ex hoc calice, et ita facite quotiescumque congregabimini in mei memoriam. Sicut praeceptum nobis est ita congregati sumus, nos servi tui humiles, imbecilli et infirmi, ut cum bona venia gratiae tuae, celebremus mysterium magnum, tremendum, sanctum et divinum, per quod facta salus est magna universo humano generi nostro. Canon. Referimusque simul laudem, honorem, confessionem, et adorationem, Patri et Filio, et Spiritui sancto nunc et semper.

Canon Nestorii: Cumque illis potestatibus coelestibus, et nos Domine bone et Deus misericors clamamus et dicimus, sanctus es vere, et vere glorificandus, excelsus, sublimisque; quod adoratores tuos qui in terra sunt dignos fecisti, similes illis esse qui te glorificant in coelis. Sanctus etiam Filius tuus unigenitus Dominus noster Iesus Christus, cum Spiritu sancto, qui tecum ab aeterno coexistit, ut eiusdem consors naturae, et conditor omnium creaturarum. Benedicimus Domine, Deum Verbum, Filium absconditum, qui est ex sinu tuo, qui cum in similitudine tua esset, et imago substantiae tuae, non rapinam arbitratus est esse se aequalem tibi: sed semetipsum exinanivit, et similitudinem servi accepit, hominem perfectum ex anima rationali intelligente et immortali, et corpore mortali hominum, et coniunxit illum sibi, univitque secum in gloria, potestate et honore, ex natura sua passibilem: qui formatus est per virtutem Spiritus sancti pro salute omnium: quique factus est ex muliere, factusque sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, et omnes qui in Adam mortui erant vivificaret: destruxitque peccatum in carne sua, et legem praeceptorum per praecepta sua destruxit: aperuit oculos mentium nostrarum qui caeci eramus, et planam fecit nobis viam salutis; et illuminavit nos luce scientiae divinae. Illis enim qui receperunt eum dedit potestatem filios Dei fieri: mundavit nos et expiavit nos per baptismum aquae sanctae, et sanctificavit nos gratia sua per donum Spiritus sancti. Eos quoque qui consepulti sunt ipsi per baptismum, suscitavit, et elevavit, collocavitque secum in coelo, secundum promissionem suam. Cumque dilexisset suos qui in hoc mundo erant, usque in finem dilexit eos, factusque est succidaneus poenae debitae peccatis generis nostri, pro vita omnium, deditque se ipsum pro omnibus ad mortem quae super nos regnabat, et sub cuius potestate servituti addicti eramus, eidem venditi per peccata nostra: et per sanguinem suum pretiosum redemit, et salvavit nos: descenditque ad inferos, et solvit vincula mortis voracis. Et quia iustum non erat ut in inferno detineretur, a morte, princeps salutis nostrae, surrexit a mortuis tertia die; et factus est primitiae dormientium, ut esset primus in omnibus: ascendit in coelum: seditque ad dexteram maiestatis tuae, Deus. Et reliquit nobis commemorationem salutis nostrae, mysterium hoc quod offerimus coram te. Cum enim advenisset tempus quo tradebatur pro vita mundi, postquam coenavit in Paschate legis Moysis, accepit panem in manus suas sanctas, immaculatas et impollutas, benedixit et fregit, et comedit, deditque discipulis et dixit, accipite, edite ex eo vos omnes. Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. Simili modo et calicem miscuit vino et aqua, et benedixit, et bibit, deditque discipulis suis et dixit. Bibite ex eo vos omnes: Hic est sanguis meus Testamenti novi, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum, atque ita facite in mei memoriam donec veniam. Quotiescumque enim manducaveritis ex

finibus terrae, et dissipa gentes quae bella volunt: ut habitatione tranquilla et pacifica fruamur, in omni temperantia, et timore Dei. Parce delictis et peccatis defunctorum per gratiam et miserationes tuas in saecula.

Et ad illos qui sunt circa altare dicit. Benedic Domine. Benedic Domine. *Imponitque incensum, quo se ipsum perfundit, et dicit.* Suavem fac Domine Deus noster, odorem iucundum animarum nostrarum, per suavitatem caritatis tuae, et per eam munda me a maculis peccati, et parce mihi delicta et peccata mea, tam quae scio, quam quae ignoro.

Iterum accipit incensum ambabus manibus, et incensat mysteria: mox dicit. Accessum dat nobis clementia gratiae tuae Domine et Deus noster, ad mysteria haec praeclara, sancta, vivificantia et divina quamvis indigni simus.

---

hoc pane, et biberitis ex hoc calice, mortem meam annunciabitis usque ad adventum meum. Itaque quicumque cum fide vera accedet et participabit ex illis, sint ei Domine in veniam delictorum, et remissionem peccatorum, spemque magnam resurrectionis a mortuis, et ad vitam novam in regno coelorum. Canon. Et laudem, honorem, gratiarum actionem, et adorationem referemus tibi Pater abscondite, et filio tuo, proli gloriosae, et Spiritui tuo vivo et sancto. et vivificanti, nunc et semper in saecula saeculorum.

In Missa Malabarica forma verborum Christi interpolata est, ut Latinae substitueretur iuxta exemplum Missalis Chaldaici Romae editi. Item praecepit Menesius elevationem in consecratione. Cf. Renaldotius l. c. p. 602 sq.: Nempe existimavere qui recensioni praefuerunt, nullam in hac Liturgia mysteriorum elevationem fieri, quia statim verborum Christi pronuntiationem non sequebatur: neque adorari quia non elevarentur. In duplicem scilicet errorem lapsi sunt, ex ignoratione rituum Orientalium: excusatione tamen digni, quod multos magnosque Theologos eadem opinio implicavit. Orientalium disciplina est, elevare et adstantibus ostendere sacra mysteria, paulo ante communionem, cum inclamatur Sancta sanctis. Tunc autem fieri quam Graeci vocant Ἁγίαν ὕψωσιν, sive elevationem, probant Graeci omnes codices Liturgici: Aegyptiaci, et autores Rituum gravissimi. Itaque cum descriptam habeamus ex illis caeremoniam, secundum quam dicitur haec proclamatio, omnesque eam fieri significent, cum elevantur, et ostenduntur sacra mysteria, illaque tandem sit omnibus Orientalibus communis, ubi ritus particulatim non explicatur, sed tantum notatur Sancta sanctis, illum qui iisdem verbis coniunctus ubique est, intelligere possumus et debemus. At Sancta sanctis legitur in omnibus Nestorianis Liturgiis: igitur quod Christiani omnes observabant eo loco, elevando Eucharistiam, a Nestorianis quoque observabatur. Quam porro inanis sit ex defectu elevationis ad excludendam adorationem ratiocinatio, ex domestica nostra disciplina ostenditur. Feria VI. maioris Hebdomadae, qua sola die celebratur in Ecclesia Romana Missa Praesanctificatorum, elevatio non fit, ut in aliis fieri solet, nisi paulo ante communionem: neque attollitur Eucharistia, ut in quotidianis Missis: et adoratur tamen. Carthusienses suo Ritu sacra facientes, calicem vix elevant: adorant tamen sanguinem Christi. Elevata est igitur Eucharistia in Liturgia Nestoriana more Orientali paulo ante communionem, sed non eo loco, quo assignatur in Missa Malabarica.

Haec verba Sacerdos semel atque iterum repetit, et ad singula intervalla iungit manus suas super pectus suum in formam crucis. Osculatur altare in medio: accipitque ambabus manibus oblatam superiorem, et sursum aspiciens dicit.

Laus nomini tuo sancto Domine Iesu Christe, et adoratio maiestati tuae semper et in saecula. Amen. Panis enim vivus est et vivificans qui descendit de coelis, et dat vitam mundo universo, quem qui edunt non moriuntur: et qui illum recipiunt per illum salvantur, nec corruptionem sentiunt, et vivunt per illum in aeternum: tuque es antidotus mortalitatis nostrae, et resurrectio totius figmenti nostri.

In alio codice aliter haec leguntur. Gloria tibi Deus Pater qui misisti Filium tuum unigenitum ad salutem nostram, et ipse priusquam pateretur etc.

XV. *In Codice Eliae quem secuti sumus, defectus est, cum tota verborum Christi recitatio praetermittatur descriptoris culpa, aut quod haec aliunde, nempe ex Theodori aut Nestorii Liturgia peti deberent. In eo quem scripsit Romae* 1697. *Iosephus Patriarcha, totus ille locus reformatus est ad Missale Chaldaicum Romae editum, ut in Missa cuius versionem edidit Alexius Menesius. Cum alii codices non suppeterent, hoc loco asteriscos defectus indices apponere visum est.* ******

XVI. Laus nomini tuo sancto Domine: *ut supra.*

Cap. XVI. Renaldotius l. c. p. 604: Fractio Hostiae secundum consuetudinem Ecclesiarum diversis modis facta est apud Orientales: ut etiam apud Occidentales: sed utrimque non eo solum fine ut panis in corpus Christi consecratus frangeretur, quo posset communicantibus distribui, ut adhuc fit apud Protestantes; sed ut ipsa fractio lacerationem, et vulnera quae Christus sustinuit in corpore, passionis tempore, repraesentaret, et quae significatur his verbis quae Sacerdos pronuntiat ex persona Christi: Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur, ita enim leguntur in Liturgiis Theodori et Nestorii; et in hac prima lectum quoque fuisse dubitari non potest. Haec autem lectio non Nestorianorum inventum est, cum extet in Iacobi Graeca et Syra, ut in multis aliis, expressa ex Epistola ad Corinthios; quaeque duobus vocibus explicat κλώμενον et θρυπτόμενον; illas unica Syri exprimunt, quae ad primam Graecam κλώμενον magis refertur. Graeci ab initio Liturgiae passiones Christi repraesentant cum Oblatam gladiolo dividunt, quem Ἁγίαν λόγχην appellant, qui ritus a primaeva antiquitate manasse non videtur, cum ignoretur ab omnibus Ecclesiis Orientalibus, quae tamen disciplinam suam ad Graecae formam expresserunt. Syri tam Orthodoxi quam haeretici, manu frangunt, in duas, tres, vel plures partes, secundum Ecclesiarum diversam consuetudinem: sed omnino lacerationem corporis Christi in passione adumbrare, et in memoriam Christianis revocare per

Sacerdos osculatur hostiam in modum crucis, ita tamen ut labia eius ad eam non pertingant, sed quasi osculando: et dicit. Gloria tibi Domine; gloria tibi Domine; propter donum tuum erga nos inenarrabile, in saecula.

Tunc accedit ad hostiae fractionem, quam ambabus manibus facit dicens. Accedimus Domine cum fide vera, frangimusque cum confessione, et signamus per misericordiam tuam, corpus et sanguinem vivificatoris nostri Iesu Christi, in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti.

Et nominata Trinitate, frangit hostiam quam manibus tenet, in duas partes; et eam quae est in manu eius sinistra deponit in disco: altera quam manu dextra tenet, signat calicem dicens. Signatur sanguis pretiosus corpore sancto Domini nostri Iesu Christi. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti in saecula.

Et respondent. Amen.

Tum intingit eam usque ad medium in calice, et signat cum ea corpus quod est in patena dicens. Signatur corpus sanctum sanguine propitiatorio Domini nostri Iesu Christi. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, in saecula.

Et respondent. Amen.

Coniungitque ambas partes, unam cum altera dicens. Divisa sunt, sanctificata, completa, perfecta, unita, et commista mysteria haec praeclara, sancta, vivificantia et divina, unum cum altero, in nomine adorando et glorioso Trinitatis tuae gloriosae Pater, Fili, et Spiritus sancte, ut sint nobis Domine in propitiationem delictorum, et remissionem peccatorum, in spem quoque magnam resurrectionis a mortuis, et vitae novae in regno coelorum, nobis et Ecclesiae sanctae Christi Domini nostri, istic et in quacumque regione, nunc et semper, et in saecula saeculorum.

---

illam fractionem volunt. Altera illius caeremoniae pars, quae tamen fractionis nomine comprehenditur, intinctio est unius particulae in calice: tum ex ea intincta et madida, consignatio reliquarum particularum in disco positarum. Hic Ritus qui toto Oriente a Christianis observatur, vocatur, unio, consignatio, commistio sacrorum mysteriorum corporis et sanguinis: neque locum habere potest, nisi vera et substantialis elementorum transmutatio credatur. Tum etiam illud sequitur, testari eo Ritu Christianos Orientales, id quod Iacobitae in sua quadam oratione exprimunt: corpus hoc esse illius sanguinis, et sanguinem illius corporis: unum scilicet indivisumque, in diversis speciebus sacramentum, mutua unius speciei cum altera, commistione confirmatum.

XVII. *Interea signat hostiam pollice dextro in formam crucis, ab inferiori parte ad superiorem, et a dextra ad sinistram; et ita levem fissuram in ea format, qua parte intincta est in sanguine. Partem eius mittit in calicem, in formam crucis: pars inferior posita est versus Sacerdotem, superior versus calicem, ita ut locus fissurae spectet calicem. Inclinatur et surgens dicit.* Gloria tibi Domine Iesu Christe, qui me indignum licet, constituisti per gratiam tuam, ministrum et mediatorem mysteriorum tuorum praeclarorum, sanctorum, vivificantium et divinorum: per gratiam misericordiae tuae fac me dignum venia delictorum et remissione peccatorum.

Signat se signo crucis in fronte similiterque circumstantes.
In alio codice.

Signat frontem suam signo crucis et dicit. Gloria tibi Domine qui creasti me per gratiam tuam. Gloria tibi Domine qui vocasti me per misericordiam tuam. Gloria tibi Domine qui constituisti me mediatorem doni tui: et propter omnia beneficia tua erga imbecillitatem meam, referatur tibi laus, honor, confessio, et adoratio nunc etc.

Accedunt Diaconi, et signat unumquemque eorum in fronte dicens. Christus suscipiat ministerium tuum: Christus illustret faciem tuam: Christus conservet vitam tuam: Christus crescere faciat iuventutem tuam.

Et respondent. Christus suscipiat oblationem tuam.

XVIII. *Omnes redeunt ad locum suum: Sacerdosque facta inclinatione, surgit et dicit tono Evangelii.*

Cap. XVII. Ex ritu Nestorianis proprio fit scissura levis in hostia, ut sanguis corpus penetret. Acriter hanc caerimoniam reprehendunt censores Diampenenses.

Cap. XVIII. Renaldotius l. c. p. 605: Haec fractio a superiori distinguenda est, quamvis uno tenore fiat, recitatis interea orationibus, quae prius praescriptae sunt. Prior eam fractionem significat, qua hostia dividitur in partes duas, aut plures, et quarum una particula eximitur, quae calici immittatur. Altera haec fractio, est eiusdem hostiae in minores particulas ad distribuendam communionem. Quomodo vero distribuatur, ex Rubricarum defectu certo definire non possumus. Cum tamen communis Orientalium omnium consuetudo sit, quam a Graecis acceperunt, ut Sacerdotibus et Diaconis calix praebeatur, non Laicis, qui intinctam cochleari particulam accipiunt, idem a Nestorianis observari verisimile est: nam sub utraque specie, sed hoc modo communicant. Certum enim et exploratum est a multis saeculis, nullam esse aut fuisse in Oriente Ecclesiam in qua calix Laicis praeberetur, eiusque usus longe diutius in Occidente viguit, ut iam dudum a doctis Theologis observatum est.

Gratia Domini nostri Iesu Christi: et caritas Dei Patris, et communicatio spiritus sancti, sit cum omnibus nobis.

Sacerdos signat se ipsum, et elevat manum suam super caput suum, ut sit in aëre et populus particeps sit signationis.

Dicit Diaconus. Omnes nos cum timore: *et ad haec verba:* dedit nobis mysteria sua.

Incipit Sacerdos frangere corpus: et dicit. Propitiare Domine per clementiam tuam peccatis et insipientiis servorum tuorum, et sanctifica labia nostra per gratiam tuam, ut dent fructus gloriae et laudis divinitati tuae, cum omnibus sanctis tuis in regno tuo.

Et elevans vocem dicit. Et fac nos dignos Domine Deus noster, ut perpetuo absque macula, coram te consistamus cum corde puro, facie aperta et cum fiducia quae a te est, misericorditer nobis data: et omnes pariter invocemus te et sic dicamus. Pater noster etc.

Populus dicit. Pater noster.

Sacerdos. Domine Deus potens, Domine et Deus noster bone, qui es plenus misericordia, rogamus te Domine Deus noster et deprecamur clementiam bonitatis tuae: ne nos inducas Domine in tentationem, sed libera et salva nos a malo, et ab exercitibus eius, quia tuum est regnum, virtus, robur, fortitudo et imperium in coelo et in terra, nunc et semper.

Signat se ipsum: et respondent. Amen.

XIX. *Et prosequitur.* Pax vobiscum.

Respondent. Tecum et cum spiritu tuo.

Prosequitur. Sancta sanctis decet in perfectione.

Et dicunt. Unus Pater sanctus: unus Filius sanctus: unus Spiritus sanctus. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto in saecula saeculorum. Amen.

Diaconus. Laudate. *Et dicunt Responsorium.*

Cap. XIX. Theodorus et Nestorius in Distributione et iis quae sequuntur concordes sunt cum Liturgia Apostolorum. Adiicimus orationem Nestorii post susceptionem Mysteriorum: Quia accepimus corpus tuum manifeste, habitet in nobis virtus tua secreto, ut exeamus in occursum tuum laetanter, terque tibi canamus gloriam, cum veris filiis mysteriorum tuorum, Domine omnium. Corpus tuum Domine vivum quod comedimus, et sanguis tuus purus quem bibimus, ne sit nobis Domine in nocumentum aut infirmitatem, sed ad expiationem delictorum et remissionem peccatorum Domine omnium.

Cumque venit Diaconus ad portandum calicem dicit. Pre cemur pacem nobiscum.

Sacerdos dicit. Gratia Spiritus sancti sit tecum, nobiscum et cum suscipientibus illum.

Et dat Diacono calicem. Diaconus dicit. Benedic Domine

Sacerdos. Donum gratiae vivificatoris, et Domini nostri Iesu Christi compleatur, in miserationibus, cum omnibus.

Et signat cruce populum. Interea dicuntur Responsoria Fratres suscipite corpus Filii, clamat Ecclesia: e bibite calicem eius cum fide in regni domo.

Diebus festis. Robora Domine.

Dominica. Domine Iesu Christe.

Quotidie. Mysteria quae suscepimus.

Finitis Responsoriis Diaconus dicit Omnes igitur.

Et respondent. Gloria ipsi propter donum suum ineffabile.

Diaconus. Precemur pacem nobiscum.

Sacerdos in medio altaris dicit hanc Orationem.

XX. Dignum est Domine, iustum et aequum, omnibus diebu temporibus et horis confiteri, adorare, et laudare nomen timei dum maiestatis tuae, quia dignos fecisti nos Domine per gratia tuam, homines mortales imbecillaeque naturae, ut cum spiritu libus nomen tuum sanctificaremus, et mysteriorum doni tui fi remus participes, et suavitate eloquiorum tuorum delectaremu Et voces gloriae et confessionis divinitati tuae sublimi semp referimus Domine.

Alia. Christus Deus noster, Dominus, Rex, salvator et v vificator noster, per gratiam suam dignos fecit nos suscipien corpus eius, sanguinemque eius pretiosum et omnia sanctifica tem: ipse det nobis ut placeamus illi, verbis, operibus, cogit tionibus et factis nostris, adeo ut pignus istud quod accepimu sit nobis ad veniam delictorum, remissionem peccatorum, et spe magnam resurrectionis a mortuis, vitamque novam et veram regno coelorum, cum omnibus qui coram eo placuerunt: p gratiam eius et miserationes eius in saecula.

Diebus ordinariis. Laudem Domine, honorem, confessi nem et gratiarum actionem debemus referre Trinitati tuae gl riosae, pro dono mysteriorum tuorum sanctorum, quae dedis nobis ad propitiationem delictorum nostrorum, Domine or nium.

Alia. Benedictus sit honor tuus adorandus, ex loco tuo glorioso Christe, propitiator delictorum nostrorum, peccatorumque nostrorum quique aufers insipientias nostras per mysteria tua praeclara, sancta, vivifica et divina: Christus spes naturae, semper et in saecula. Amen.

Obsignatio, seu ultima Benedictio.

XXI. Dominus noster Iesus Christus cui ministravimus, quem sensimus et honoravimus in mysteriis suis praeclaris, sanctis, vivificantibus et divinis, dignos ipse nos efficiat gloria splendida regni sui, et laetitia cum Angelis suis sanctis, et ad confidentiam coram eo, ut stemus ad eius dexteram. Et super congregationem nostram universam miserationes et misericordia eius perpetuo effundantur, nunc et semper, in saecula.

Diebus Dominicis et Festis.

Ipse qui benedixit nos omnibus benedictionibus Spiritus in coelis, per Iesum Christum Dominum nostrum, et praeparavit nos ad regnum suum, vocavitque nos ad bona desiderabilia, quae nec desinunt, nec pereunt, sicut pollicitus est nobis in Evangelio suo vivificante, dixitque congregationi benedictae Discipulorum suorum: Amen, amen dico vobis, quia omnis qui manducat corpus meum, et bibit sanguinem meum in me manet, et ego in eo, et ego resuscitabo eum in novissimo die, et in iudicium non venit, sed transire illum faciam de morte ad vitam aeternam: ipse nunc benedicat congregationi nostrae, et conservet statum nostrum, et gloriosum faciat populum nostrum, qui venit et laetatus est in susceptione mysteriorum eius, praeclarorum, sanctorum, vivificantium et divinorum, vivoque signo crucis dominicae sitis obsignati et custoditi, ab omnibus fraudibus secretis, et apertis nunc et semper.

LIBER SECUNDUS.

DE

RECENTIORUM GRAECORUM REBUS SACRIS TRACTATUS GENERALIS.

CAPUT I.

DE GRAECORUM ECCLESIIS EARUMQUE *OIKONOMIA*ι.


Qui rebus Graecorum sacris cognoscendis operam dedere, ii probe sciunt, quam difficile sit vastissimum aequor recte metiri vel ex tot tantisque ignotarum rerum labyrinthis sese emergere. Itaque, quamquam hac nostra aetate involutae rei notitia magis aperitur atque in Graecorum sacris explicandis admirandus incredibilisque cursus ad omnem excellentiam factus est, in nostri operis modulo potissimum enitenda est et efficienda pura illa et illustris brevitas, quam Cicero commendat historiae scriptoribus, ne excrescat in ingentem molem, quod suis finibus circumscribendum est. Tamen cavendum est, ne, dum breves esse laboramus, fiamus obscuri vel omittamus, quae ad perspiciendos atque aestimandos Graecorum ritus cognitu necessaria sunt.

Quod ad Ecclesias, quarum ingens apud Graecos copia se conspiciendam praebet, haud moramur in enarranda architecturae sacrae historia,[1]) sed progredimur ad ecclesiae cuiusdam Graecae, ut ita dicam,

---

1) Leo Allatius de Recentiorum Graecorum Templis Dissertatt. II. Et vetustiores et recentiores ecclesias ad quinque summa reducit genera 1. *τρουλλωτά* quae in supremo fastigio in arcum rotundata ambitu decrescente arcuantur. 2. *καμαρωτά* quae in fornicem desinunt et arcuato opere ac tecto conflexo ad formam testudinis conteguntur. 3. *σταυροειδῆ* s. *σταυρωτά* quae crucis formam referunt et extensis utrinque brachiis ecclesiae partem in qua altare collocatur, ab ea quae ducit ad ostia subdividunt. 4. *δρομικά* quae forma quadrata, lateribus paribus vel imparibus substructa sunt, quorum in culmine asseres, seu trabes cantheriis colligantur; adeo ut templi parietes proiecturis asserum tegantur. 5. Mixta, quae his generibus immixtis conflabantur. Nuperrime optime, ut solet, Nealius de ecclesiis Graecorum disputavit History etc. Vol. I. p. 163—305 (The Ecclesiology of the Holy Eastern Church). Distinguit duo architecturae sacrae genera praecipua, Byzantinum atque Armenium et quatuor Byzantinae architecturae periodos. „1. From the foundation of Constantinople to the erection of S. Sophia 330—537. 2. From the erection of S. Sophia to the commencement of the cathedral of Cutais 537—1003. 3. From the commencement of the cathedral of Cutais to the fall of Constantinople 1003—1453. 4. From the fall of Constantinople to the present time 1453—1849.“ Alt. Der Christliche Cultus. Ed. 2. p. 46 sq.: „Wenn seit Constantin die Tempel

normalis delineandam imaginem. Nam non eadem est omnibus facies exterior, nec unus aspectus interior: tamen in omnibus eaedem sunt partes praecipuae ac res sacrae, quas exposcit officii divini indoles. Pergimus igitur a vestibulo ad sanctuarium usque, mutuati ab Nealio ecclesiae S. Theodori quae est Athenis ichnographiam, ne desit narrationi vivum quasi exemplar.



Ecclesia S. Theodori quae est Athenis.

1. *Τὸ ἅγιον βῆμα.*
2. Altare.
3. Prothesis.
4. Diaconicon.
5. Iconostasis.
6. *Πύλαι ἅγιαι.*
7. *Βόρειον κλίτος, νοτεῖον κλίτος.*
8. Chorus et ambon.
9. *Ναός.*
10. *Πύλαι ὡραῖαι.*
11. *Νάρθηξ.*
12. *Πύλαι μεγάλαι.*

---

grösstentheils zerstört wurden, so geschah dies zwar zum Theil aus Erbitterung über den heidnischen Götzendienst, mehr noch aber darum, weil sie sich für den christlichen Gottesdienst nicht eigneten. Doch blieb für die Baptisterien oder Taufkapellen, die auf keine grössere Volksmenge berechnet waren, die runde oder vieleckige Grundform, gewöhnlich die eines regelmässigen Achteckes, über welchem sich eine Kuppel wölbte, auch weiterhin im Gebrauch, und aus dem Kuppelbau der Baptisterien entwickelte sich der die orientalischen Kirchen charakterisirende byzantinische Styl, während im Abendlande

Nos ad ecclesiam vocamur grandi campanarum sono. Etiam Graeci earum receperant usum ex quo ab Urso Venetorum duce duodecim missas anno 895 Michael imperator in pretio habuerat et in turri ad S. Sophiam exstructa collocarat. Sed direpto postmodum imperio ditioneque reliqua Graecorum a Turcis occupata campanarum usus a barbaris prohibitus fere ubique intermissus est. Itaque nunc in singulis locis tantum, qui singulari utuntur privilegio, ut in Monte Atho pulsantur campanae[1]): alias adhibentur instrumenta et crepitacula lignea vel metallica, quorum antiquissima mentio fit in Actis Synodi septimae, apud Theodorum Studitam, Nicephorum Blemmidam aliosque (*κρούειν τὸ ξύλον, τὸ ξύλον σαλπίζειν, τὸ σύμβολον κρούεται, κρούειν τὸ σιδηροῦν*), *σήμαντρα, βαρέαι*, turcice tokmak. Signorum tria genera statuit Balsamon, quae coniuncta in monasteriis tantum inveniri solent: *τὸ μικρόν* quod antiquas prophetias designat et futurorum simulacra; *τὸ μέγα* significat Evangelii sonum, totum orbem peragrantem: *τὸ σιδηροῦν* quod

---

aus der auf Kirchen angewendeten Grundform der Basiliken der romanische Styl hervorging. — — Bei dergleichen in die Länge gezogenen Basiliken liessen sich nun allerdings die Kuppeln der Baptisterien nicht anbringen. Aber man brauchte ja nur den Seitenhallen, statt sie neben der Haupthalle her laufen zu lassen, die Form einer Querhalle von gleicher Ausdehnung zu geben. Dann hatte man ein Gebäude von der Form eines griechischen Kreuzes (✠), und dieses bot hinreichende Gelegenheit dar, über dem mittleren Raum, wie über den vier Enden der beiden sich durchschneidenden Hallen, besondere Kuppeln sich wölben zu lassen, und so den Kuppelbau mit dem Basilikenbau zu verbinden, und eben darin besteht das Eigenthümliche des byzantinischen Styls, wie er sich namentlich in den russisch-griechischen Kirchen bis auf den heutigen Tag erhalten hat. Denn alle diese Gotteshäuser, die ältesten, welche genau nach dem Muster der Sophienkirche in Constantinopel gebaut sein sollen, wie die in neuester Zeit gebauten, stimmen darin überein, dass sie statt Eines Daches fünf Kuppeln haben, von denen die grössere in der Mitte, und die vier anderen im Quadrat um sie herumstehen (Christus et Evangelistae). Jede dieser Kuppeln endigt in einem hohen vergoldeten Kreuz, das in den Kirchen aus älterer Zeit auf einem Halbmond steht und mit allerlei Ketten behangen ist, durch welche es an die Kuppel befestigt ist. In neuerer Zeit dagegen wird der Halbmond und Kettenschmuck meist weggelassen, während die Sitte, die Kuppeln selbst, wenn es an den Mitteln fehlt, sie über und über zu vergolden und zu versilbern, mit irgend einer grellen Farbe — meistens hellgrün — anzustreichen, sich bis jetzt erhalten hat."

1) Nealius History etc. I. p. 216: „They have, however, been in various places allowed as a matter of favour. So we find that Ali Pasha, anxious to conciliate his Christian subjects, permitted them at Joannina: so at Argenteira, where they hang over the doors of the churches, and are much prized. — The monastery of the Prophet Elias, in Crete, has always been allowed to possess them; it has three of Venetian manufacture, and cast in 1634. As the Turkish dominion has been thrown off, so have bells returned. At the cathedrals of Belgrade and Shabatz, in Servia, bell-towers have been erected since the revolution."

tubam mortuos ad iudicium evocaturam praefigurat. Primum igitur, μικρὸν σημαντήριον, χειροσήμαντρον est lignum, binarum decemp rum longitudine, duorum digitorum crassitudine, latitudine quatuor, q optime dedolatum, quod manu sinistra medium tenens sacerdos vel a dextra malleo ex eodem ligno, cursim hinc inde, transcurrens mod unam partem, modo in alteram, prope, vel eminus ab ipsa sinistra lignum diverberat, ut ictum nunc plenum, nunc gravem, nunc acut nunc crebrum, nunc extensum edens, perfecta musices scientia aur suavissime moduletur. Haec minora ligna adhibentur saepe in proces nibus sacris. (Allatius l. c. p. 103.) Secundum item ligneum, τὸ μ σημαντήριον in turribus sive campanariis in Proaulio catenis ferreis extremitatibus appenditur. Illud est insigni magnitudine, ut quandc sex palmos latitudo, unum crassitudo, triginta longitudo exaequet, ı leoque pro magnitudine pulsetur. Tertium τὸ σιδηροῦν, ferrum ex sum in laminam, cum malleo ferreo plerumque appensum est in for supra portam ecclesiae excurrente. Eo potissimum ὁ λαοσυνάκτης pulum ad ecclesiam convocat. In illis orientalis ecclesiae provin quae christianis principibus subditae sunt, viget ubique campana usus. Notum est Russos luxuriari campanarum et magnitudine ac bra pulsatione.[1]) Item utuntur campanis Georgiae incolae, Christ Malabares, Aethiopes, qui ea pulsare solent in elevatione Sacramenti

---

